





Theodori Peda de Lutherio.

Roma orbem domuit, Romae sibi Papa erexit.

Vix illa suis, fraudibus iste suis.

Quanto isto maior Lutherus, maior illa.

Et hunc illam, uno qui domuit calamum?

I munc Altiden memorato Graecia mendax

Lutherus ad calamum frrea Canna mihi.



MF

32365 F

MENDACIA ET CONVITIA
EVANGELICA
ANDREÆ VOLANI
LWOWKOVIENSIS, SECRE-
TARI, SI DIIS PLACET, MAGNI
Ducatus Lituaniæ, ex ipsius scriptis fideliter colle-
cta, & breuiter refutata: per Andream Iurge-
uicium Canonicum Vilnensem.

Additi sunt in fine
turpissimi errores eiusdem Volani in grammatica.

VILNÆ.

Anno Domini M. D. LXXX. VIII.
Mensis Iulij 23.

Cum licentia superiorum.

In stemma Volani, Ioannis Origani disticha mu-
tata a Joanne Lepicisio.

Aspice Volani generosum & nobile stemma,
Lector, & hinc generis collige quantus honos.
In medio dolium est, quod ne quis credat inane,
Ceruisia huic toti Lwokouiensis inest:
Ceruisiam quia Lwokoui coxere parentes
Volani inde ortum nobile stemma trahit:
Tum quia Caluini defensa Ecclesia, nuper
Volano, in dolio, cretica vina dedit:
Tum quia scit dolia & cyathos siccare bibendo
Quod clare ipsius sordida vita docet,

Eiusdem in
Ioannem Tostium, qui se Origanum facto cognoscere
mine apellat.

Dic mihi cur patrium mutasti perfide nomen?
Tostus eras: at nunc factus Origanus es,
Dum noua configingis tibi nomina ganeo: mirum
Quam bene conueniant moribus illa tuis.
Infelix Stygijs quando torrebere flammis
Tunc iterum patrio, nomine Tostus eris.

Demetrii Boguslawski, Operis,
Autori gratulatio.

Bella Philistini, quondam cum gente beata
Saule Duce Isacidum, quando gessere scelesti
Viribus immensis Goliath confisus & armis
Ausus castra Dei, tumida contemnere mente,
Et miris lacerare modis, conuitia iactans:
At Dauid ituenis, magna virtute superbum
Strauit, & infastum spuri caput abstulit ense.
Audet & agminibus Christi, exprobrare Volanus
Infelix, linguae nimium confisus inertii:
At tu lurgeuici florens Dauidis ad instar

Auxili



Auxiliante Deo, hunc tumidum & sine frōte Gigantem
Sternes, iam fessum, nec quicquam prāter habentem
Vocis adhuc aliquid, vetulo quam tu eripe tandem.
Magnificum tibi promittunt ex hoste triumphum
Somnia Galuini, quæ dum mons rosa tuerit
Te contra, anne vides quam vanis vtitur armis?
Plurima mentitur, testes non indicat, & quas
Tu contra opponis vires, quæ robora figis
Prāterit, aut strepitu verborum allatrat inani
Ne tacuisse suis, victusque putetur ab hoste.

Eiusdem in Ioannem Origanum.

Vates festiuus, prudet, & acutus habet
Vis, proprium notum, dum simulare studes,
Nomina dum torqu'es aliena, & ludis inepte,
Carminibus te quis dum super astra Bouem
Dum tamen hæc præstas, an non insulsus haberis
Vanus, hebes palpo, stultus, ineptus, iners?
Furcifer in turbis, simulat sua nomina sæpe:
Attamen ex factis noscitur esse latro.
Tu licet occulteris astutus Origane nomen:
Attamen ingenio proderis ipse tuo,
Tostius arbitror fueras: sed Origanus esto,
Perbellè titulus conuenit iste tibi.
Pabula sunt pecudum Sylvestria Origana, nempe
His graue olei, & hircus, pascitur his asinus.
Hactenus ergo cibis fueras bone Origane Capris
Atq; asinis: gatatus nunc quoq; Bobus eris.
Fronte tamen si perfricta deducere pergas
A cane Canoni cos a sue si Sueones
In cruce ne coruca ex cui corpore pascas
Pē fata admī. neo, laise Poeta caue.

Nicolai Siedlicij in qeendā Nicolaum Lancium.

Vane quid exultas puer? aut quid stulte triumphass?
Quid vetulo applaudens vociferaris IO?

An quia Malmatici gustasti vasa, Volano
Quod nuper dederat Zuinglica turba meris;
Instauret fractas ut cæpta in prælia vires
Innataq; pios impietate petat:
An quia Volani in patriâ te rere popinâ
Inter, versari, dolia Ceruisia?
An quia tu speras itidem pro carmine binos
Quos tulit à Vetulo, Tostius, Vngaricos?
Illa quidem non digna auro, sed fuste fuere:
At tua sunt ferulâ, carmina digna tamen.

Andreæ Bilscij, In promissum Volani pag. 12.

Non quæ audire alios, sed quæ te conuenit ipsum
Dicere, nos cauta voce Volane mones.
Interea sordes, strumas, stupra, stercora, cancros,
Apros, atque canes, creber ab ore vomis.
Hærefoen formas mille, & mala dogmata mille,
Hausta Geneuensis quæ tulit vnda lacus.
Quando aliâs quâm tu non scurra aut dira Celæno
Diceret, aut udi bellua amica lutti:
Quid ni conueniat, dicare ut scurra Volane:
Seu malis tetri nomen habere Suis.

Aliud eiusdem in testes Volani pag. 20. & 24.

Vt Petri inuictam conuellas improbe sedem
Pontificem minuas ore furente decus:
Testes sunt, inquis, Florennius, atq; Balæus,
Et qui ridiculi nomina muris habet,
Ast hi sunt testes nectendi fune, Volane
Si modo qua quondam lege, licet agi.
Testibus his poteris Susannæ euiricere crimen:
Et Naboth fundo despoliare s. 10.
Multaq; cum possis, horum grauitate precare
Nil nisi te nequam fortiter esse probas.

REVERENDISS^{imo} AC
ILLVSTRISS. D. DOMINO
GEORGIO D. MISERATIONE
S. R. E. tituli S. Sixti Presbytero Cardinali, nun-
cupato Radziuſſ, Episcopatus Vilneñ. perpetuo
Administratori, Duci in Olica ac Niesuſz. S.

R. Imperij Principi Domino & Mœ-
cenati suo singulari S. D.



Vàm vere Diuinus Apostolus Pau-
lus dixerit, Princeps Illustriss. &
Cardinalis Ampliss. Malos homi-
nes proficere in peius, et si multis
ijsque illustribus exemplis possem
ostendere, in vno tamen Andrea Volano Nobili
Lwowkouieñ. Magni Ducat. Lithuaniae (si Diis
placet) Secretario, id ipsum Lithuanis nostris, qui
hominem vt doctum suspiciunt, satis erit opinor
demonstrare. Edideram anno præterito ad viru-
lentam, mendacem ac maledicam quandam istius
Apologiam responsum: ea spe adductus, vt lecta
mea illa responsione, in qua tot eius mēdacia dete-
xeram, tot fæda dicta, tot impia facta suorum præ-
ceptorum prodideram, si non ad meliorem men-
tem rediret, saltem à tam insulsa ac præcipiti scri-
ptione sibi temperaret. Verum longè aliter atque

sperabam accidit. Adeo enim ex mea illa respon-
sione, nihilo factus est melior: adeo nullum suum
mendaciū præ impudentia atque arrogantia agno-
uit: adeo Doctorum suorum ipsum non puduit: vt
nouum contra me nuper scriptum, non minus imo
longè magis virulentum, maledicum ac mendax
euulgauerit. In quo more suo Euangelico, quem
cum omnibus fere hæreticis nostri temporis com-
munem habet, quemq; in omnibus suis scriptis ha-
cenus diligenter obseruauit, tria facit potissimum.
Primum enim omnia mendacijs impudentissimis
ac conuitijs turpissimis replet: Deinde quæ ipsum
arctissime stringunt, quibusque propter suum stu-
porem atque ignorantiam respondere nescit, pla-
ne omitit, ac si à me nunquam scripta, nunquam ab
illo visa aut lecta fuissent: Postremo, filius iste te-
nebrarum, omnia tenebris inuoluit: ne videlicet
astuta vulpes facile capiatur: & alios incautos tanto
citius decipiatur. Autores nullos omnino, vel certe
eo modo profert, vt quo se vertat lector ad quæ-
rendum vel inueniendum quod iste somniator in
medium adducit, plane ignoret. Et cum hæc ita
se habeant: non tamen pudet illum assertere: Se ni-
hil in quenquam dicere, quod non certa demon-
stratione verissimum esse approbet. Verum si ille
astutijs, tenebris ac mendacijs delectatur, hancque

sibi tutiorem viam, ad tenebrosum suum Euange-
lium (quod haec tenus in tenebris latuit) in lucem
producendū assumit, nostrum sane nō est, sanctum
Iesu Christi Dei, & Seruatoris nostri Euangelium,
nullis vñquā inferorum procellis extinguendū, his
medijs ac modis defendere & propagare. Execra-
mur & quidē totis animi viribus, detestandum illud
Geneuēnsium placitū, quo docent pro gloria Dei
mentiri interdum necessariū esse. Huius igitur vi-
nissimi hominis, in hoc libello meo, pro virili mea,
mendacia contendi detegere, detectaque refutare:
doctrinā Catholicā contra ipsius calūrias, quas
ex crudeli atq; impio pectore in eius interitum an-
helat, defendere: conuitia denique eius repellere.
Quantū vero ea in re præstiterim: tuo Cardinalis
Ampliss. & Princeps Illustriss. sapientissimo iudi-
cio examinandū relinquo: & hoc quidquid est ope-
ræ, laboris, & industriæ meæ, sicuti mea ūnia meq;
ipsū Celsit. Tuæ offero atq; dedico. Nec sane aliū
veritati Catholicæ patronū, cōtra hūc mēdaciōrū
assertorē mihi adsciscere debui, quam te Catholicæ
Ecclesiæ columnam, & Lithuaniæ nostræ pastorē
eximiū: qui ouibus tuis omnigenere virtutū, in dies
magis magisq; pergis prælucere. Christus Opt.
Max. princeps Pastorū Celsit. Tuā seruet quā di-
utissime incolumem. Vilnæ 1588. Iulij 20.

Illustriss. Celsit. Tuæ

Obseruantissimus

Andreas Iurgieuiczs.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

EVANGELICA
ANDREÆ VOLANI
LWOWKOVENSIS MENDA-
CIA EX IPSIVS SCRIPTIS FI-
deliter collecta, & breuiter refutata.

Per
ANDREAM IVRGEVICIVM CANONICVM
VILNENSEM.

Dicendi legibus cauetur, ne in alium dicturus, prin-
cipio utatur communi ; quo videlicet aduersarius
paucis immutatis respondendo uti possit. Quam
legem aduersarius meus Volanus Calvinista, plus a-
liquanto in Rhetorica quam ceteris facultatibus,
Philosophia nimirum aut Theologia versatus, omni-
no vel ignorasse, vel sciens in eam peccasse videtur. Nam gladio
quem in me furiosus iste senex strinxit, eodem cum tanto felicius
eo iuante feriam, quanto magis veritati, pro qua defendenda in cer-
tamen cum eo descendit, quam mendacio, cui iste frustra laborat ferre
suppetias, patrocinatur. Vetus igitur & memorabile iamdiu iacta-
tur communi hominum voce proverbiū ; mali corui malum esse ouū,
quod potissimum in hos quadrare videtur, qui improbos naēti præce-
ptores, perditū ex illorum disciplina euaserunt discipuli. Id vero
si quando animaduersum fuit, hoc vel maxime seculo in omnium in-
currit oculos : si praesertim ab vnis Calvinistarum discipulis petantur
exempla. Nam et si noui isti (si Dijs placet) Euangelici, extrema
hac quasi mundi senescētis aetate subito, velut fungi ex pluvia exor-
ei, id unum vel maxime preferant, ut Euagelium Christi ab interitu
ac ruina vindicare sibi videantur : eò tamen vniuersa sua studia diri-
gunt:

gunt: eò omni animi impetu feruntur, ut lucem doctrinæ Euangelicæ, magna DEI virtutis supra mille quingentos octuaginta annos in Romana Ecclesia integer imè conseruata, omnibus fallaciariū technis extirgant; & tanquam antichristi præcursores obsoletas hæreses, iampridem tertiis se pultas tenebris, in orbem denuò ad miseros mortales circumueriendos reuocent. Atq; ut hic eorum conatus fæliciter succedat, nouum præterea ex cogitant strategem: nempe omnes eos, qui pio ac sancto labore manus admouent, qui que in vinea Domini ab hæresibus repurganda desudant, omnibus conciiorum telis confodere, & quicquid contumeliosum esse putant, pleno rectu in eos euomere: & quæ verè dicere non possunt, magna quadam & insigni mentiendi licentia fingere minime erubescunt. Ac ne filii proderent parentes, yni quoque ex bonis istis Caluini & Bezae discipulis atque associis, petulantius ac maledicæ lingue aculeis, me etiam pungere, & frigida quadam, ieiuniaq; calumnia nomen onerare meum, dum nullum verum crimen potest obiectare, visum est. Cum enim paucos ante menses ad Volani cuiusdam Apologiam respondeo; ipsum magice seu maleficij authorem ostendo, eius deniq; insultas calumnias depello: hic terræ filius, responsori meæ, non minus spurium quam ineruditum libellum opponit, quem omnibus conciis ac contumelijs inficit, meumq; nomen omni labe ignominiae aspergit. Nequid porro ad summar. minis impudentiam in me lacerando deesset, sui similem erronem scio quem Ioannem Origanum procacem poëtastrum, veluti aurum sibi adiungit, qui securili quandam dicacitate in nomen etiam ipsum Canonici, sicut Volanus in nomen Iurgieuij debachatur, ut Calvinistis suis ex meo nomine delicias faciant, totumq; theatrum faceti histriones risu compleant. Quis non admiretur diuinam Caluinistarum sapientiam, ex quorum libris ac scholis tantum in Calvinismo fecerunt progressum Volanus et Origanus, ut omnes scurras impia dicacitate superare videantur? Hic enim Origenus homo leuis assentationis gratia Andream hunc suum Lwowskouensem summis laudibus in celum fert, & magna quadam gloria circumfluere scribit, quod tanquam

tanquam monstra Pontifices & Iesuitas perdomuerit. Verum Her-
 cules hic straminea clauca instruetus, & pro pelle leonina exuuijs
 nisi induetus si saperet, non sibi à Gnathone isto illudi pateretur, &
 à scriptione insulsa & præcipiti temperaret, ac potius domi boues (si
 suo respondere vellet nomini) curaret: quam scribendo se ridendum
 doctis omnibus propinaret. Sed est mi Volane, quod te obiter com-
 mont faciam; Poëta hic tuus qui bellis istis versibus tuas laudes ita
 in epice buttinat, Vilne cum esset, nec modum viuendi haberet; gratias
 est hospitio à bonis viris exceptus: & spem præbuit suæ conuersationis
 ad fidem Catholicam. Erat enim, & est de grege illorum Calvinis-
 starum qui Christum negant: At vero non multò post impius impos-
 tor, hospite insalutato clam Keidanos aufugit: ac proinde tum ob-
 res quasdam furto ablatas, tum propter furtuum hinc discessum su-
 un, nomen furis, & secum asportauit, & hic post se reliquit. At-
 que haec forte causa est, quod in versibus suis nomen mutauerit. Nā
 Iohannes Tostius hic vocari voluit: in versibus vero Iohannes Origa-
 nus... Talem tuarum laudem buccinatorem, quis tibi Volane inuide-
 se: quale est tuum Euangelium, talis est tuarum laudum præco.
 Dignum patella operculum. Si tu putas me ignorare quæ tecum ille
 colloquia hic habuerit Vilne de istis carminibus & alijs simulationi-
 bus suis, parum Euangelicis, multum falleris. Quadeo tibi ne illi fa-
 cile committas ut boues tuos stabulet; aut crumenam seruet, ne te co-
 gat denuò boues vel pecuniam magicis artibus exquirere. Ceterum
 nemini mirum videbitur, Volanum tam liberalem esse in me conuictijs
 onerando, si illum verissimum Diaboli filium, & Calvinus magistri
 bonum esse discipulum animaduertet. Quod equidem difficile non
 fuerit, si quid dicat Christus de Diabolo; & quād præclare eum
 Calvinus & Volanus, tota denique imitetur Genevensis Ecclesia vi-
 deamus. De Diabolo igitur, ait Christus: cum loquitur men-
 dacium ex proprijs loquitur: quia mendax est & pater eius.
 Sub isto patre multum profectus bonus ille filius Calvinus, qui i; pri-
 mū ait, arcanæ illius Theologiae, quæ inter eos (Pontifices

& Cardinales) regnat; caput est, nullum esse Deum: alterum, quæcunq; de Christo scripta sunt ac docentur, mendacia esse ac imposturas: tertium, doctrinam de futura vita & ultima resurrectione meras esse fabulas. Iampridem, inquit; hæc ordinaria cœpit esse Pontificum religio. Nunquid ipse, Diabolus possit horribilius mentiri, quam iste canis infernalis mentitur, id q; in sua Christiana (si Dijs placet) institutione? Et tamen iste impudenterissimus nebulo à Volano sanctus, pius, ac innocens prædicatur. Bolsecus in vita Caluini, refert in Genevensi Ecclesia; esse certum & constitutum quasi dogma, vbi de Dei gloria ageretur mentiri, & mendacium deinde veritatis specie fucari non modo licitum esse sed & nonunquam necessarium. Hæc ille ad verbum. Quod cum ita sit; quid ab ipsis Calvinistis deinceps potest expectari, cum de Dei gloria agitur, nisi mendacia? At nunquid Dei gloria eget mendacijs nostris? nunquid Dei gloria aliter quam mendacijs defendi non potest? Si ita est: certe in tota Lituania nullus est, qui melius defendit gloriam Dei quam Volanus: quia nemo est illo in mendendo frequentior, aut impudentior. Verum enim uero noli ex parte Volane, ut omnia mendacia tua colligam, quæ pessim in singulis ferrè paginis scriptorū tuorū legenti occurruunt (hoc enim requireret multum otij, et poris et laboris, & grande volumen ex solis mendacijs tuis posset confici,) sed pauca tantum ex multis, quæ reperiuntur in Apologia tua, & in defensione illius felicis.

Mendaciū

I.

Primum ergo mendacium tuum est, quod pag. 12, aū te à maledictione temperare: Et interim tamen Romanum Pontificem nominas Immundum aprū, Beluam Romanam, Antichristum, Tyrannum, Nebalonem, Prostibulorum magistrum: Canonicos Vilnenses vocas strummam religionis Christianæ, Agezones, Homines inertes, Ventres pigros, Pestes & Carcinomata, Canes deniq; tabiosos: Ie suis appellatas Iesumastigas, picas garrulas, ardeliones, Progenie viperarū, perfido Iude & similes: Me vero blateronem, scurram, maledicuum, coniunctorem, hominem mendacem, perditum nebulonem, hominem nul-

lius pu-

Ius pudorū, nullius frontū: deniq; iudicat os meum conspūendum,
vel fustē contundentum. Illic fortè est quod nuper quidam amicus
tuus, (ut mihi relatum est) quidam bono viro narauit, te mihi non ver-
bi sed verberibus & baculis responsurū. Non est sane insolitum
Catholicū, talibus argumentis à vobis hæreticū excipit nec nouum vo-
bis Caluinistis huiusmodi syllogismū Catholicos petere, proinde si
quid tale acciderit, non mihi id profide & gloria Christi Domini
mei ferre fuerit difficile.

Sed age, dic obsecro, hoc cīne est Volane, à maledictis tē perare, om-
nem immanissimi furoris, & amentiae crapulam exhalare! Hoc cīne
est temperare à maledictis vniuersum à Patre tuo mendacissimo Dia-
bolo acceptum venenum effundere, omne virus maledicentiae euomeres!
Verum dic quae tandem apud te erunt maledicta, si illa quae iam com-
memorauit maledicta non sunt? quid quod nec Serenissimus Rex no-
ster Sigismundus à coniuijs libelli tui potuerit esse immunis? Nam
in vniuersam gentem Suecorum, ne Serenissimum quidem Regem ex-
cipiens, hæc edidisti carmina.

Sus sc̄oniciā Sarmaticum est, onos est bene notus Aſellus,

Quid tibi cum ſuibus, quid tibi cum que ſinib;

Hec tuus liber in nomen Sueonis. Quo autem animo iſtud conuictio-
num Serenissimus Rex, & vniuersa gens Suecorum feret, tu ipſe vi-
deris. Dispiciendum tibi fuerat Volane, annon plus obſuturi tibi
fuerant iſti tuarum laudum buccinatores & inepti versificatores;
videndum quād gratiam nepoti Optimi Regis Augusti, à quo te No-
bilitatis splendore, & opibus auctum profiteris, & genti ſue vniuer-
ſae tam ſplendido acroamate eſſes relaturus. Sed hæc alij forteſſe
melius expendent, & quo tu in Serenissimum Regem quem tam ſedo
titulo exornasti, animo ſis conſiderabunt.

Alis, Bullas ac decreta Pontificum testari, si Pontifex ca-
teruas hominum ſecum detrudat ad inferos, non licere
cuiquam de illo querere, cur ita facis. Habes tu Volane in mo-
re poſitum (ut hoc initio admoneam) que in buccam veniunt, ſine ra-
tione,

Mendaciū

2.

zione, sine iudicio, sine argumento aut probatione, sine auctore vel teste effutire, quasi esses alter Apollo, cuius dictum tanquam oraculis credendum sit. Sed mihi crede, non sunt homines tam stupidi, ut tibi homini heretico, & mendaci tam facile, propterea solum, quia tu dixisti, credant. Quodsi interdum auctorem aliquem adferas; nec librum, nec verba, nec caput, nec pugnam citare soles, ne mendacia tue deprehendantur. Si vix igitur honestus vir haberis; ostende aliquam Bullam, aliquod decretum alicuius concilij, vel Romani Pontificis, quod tale aliquid afferat. Legi apud Gratianum distin. 40. cap. 7. siquid simile ex Epistola Bonifacij Episcopi Moguntinensis & Martyris; qui tamen non negat Pontificem summum si male dixerit, esse corripiendum atque admonendum pro fraterna charitate: sed negat posse argui ex auctoritate; cum ipse sit omnium hominum index. Qui etiam Bonifacius in his verbis, quae Canonem illum antecedunt. Romanam Ecclesiam disertis verbis Caput omnium Ecclesiarum appellat: quod priusque tu concedes, millies maledices & voledices huic Canoni Bonifacij, super quem fabricatus es: istud tam splendidum tuum mendacium. Sed quid hoc ad Pontificem vel eius Bullas, aut decretis, quibus tu hoc impudenter affingis: nisi forte tam es stolidus, ut omnia quae in Gratiano continentur, putas esse decreta Pontificum. Ad hoc respondi satis clare pag. 36. Responsionis meae: sed tu ut caus præteriisti.

Mendaciū IN fronte, aī. Pontificis scriptum esse DEVSSVMERRA.
RE NON POSSVM. Itane! non credo: dic quis vidit hoc
scriptum in fronte alicuius Pontificis? & quis Pontificum hoc habuit
in sua fronte scriptum? si omnes aīs, profecto mentiris impudenter: si
nullos, concedo: si aliquos, affer eorum nomina & testes qui viderūt:
Ego certe anno præcedenti Romæ fui, & in fronte Papæ Sixti V. ni-
hil tale scriptum vidi, nec ullus aliis qui eum vidit: & tamen ille tu
iudicio est Antichistus: debet ergo ille vel maximè hoc nomen fronti
sue inscriptum habere. Sed ad hoc tu obmutuisti; cum tamen istud
mendacium tibi obiecserim & illud pag 37. depulerim. Erras Voz
lane,

lane, erras, & quidem toto caelo: volebas forte loqui de tuo Caluino,
qui ut est 13. cap. vita ipsius, publicè pro concione in has voces non
raro prorumpebat: Ego propheta sum: ego Dei Spiritum ha-
beo: ego à Deo missus sum: ego errare non possum: & ego si
erro, tu es Deus, qui propter peccata huius populi, me in er-
rorem mittis acdecips. Iudicet æquus Lector an iste Stygma-
tus transfuga, non habuerit scriptū in fronte sua nomen blasphemie
potius, quam Romanus Pontifex, ex cuius ore quis obsecro talia vñq;
audiuit?

A 18, Pontificem vendicare sibi hanc autoritatem, ut sit Mendaciu
Deus in terris, & præter bullarum & decretorum impia
(ut tu vocas) commenta, nullum citas authorem. Pontifex
Volane hanc sibi autoritatem vendicat ut sit Deus in terris? Ponti-
fex inquis: quis Pontifex? taces: nunquid faces ad mouendæ? quis hoc
dicit? quo teste? qua autoritate id probas? Bullarum, inquis, &
decretorum impia commenta id luculenter testantur.. Mentiris sa-
nè: Quæ bullæ? quæ decreta? profer, recita: quid morari? Hic ha-
ret, hic pallet Volanus male sibi conscius. Nam si glosatorum &
Canonistarum dicta mihi attuleris, ridebo sane stultitiam tuam, ibis
Homere foras. Illorum enim dicta non minus interdum absurdæ
& in inepia sunt, & quæ non magis mihi quam tibi probantur. Bul-
ligitur vel decretum adferas mihi necesse est Volane, si vis men-
sibus foras eluere.

Papa, inquis, in Canones & decreta sua referre non dubita-
Mendaciu
tuit quod virtusq; potestatis tam temporalis quam Spir-
ituales habeat Monarchiam. Dic amabo, quis Papæ in quos Ca-
nones, in quæ decreta hoc non dubitauit referre? Hoc à me pag. 34.
refutatum est sat copiose: sed surdo fabulam. Audi stolidæ quæ
so ipsummet Innocentium Pontif. cap. Per venerabilem. Qui filii
sunt legitimi: Vbi ingenuè fatetur se non habere potestatem in tempo-
ralibus super Regem Francie: & idem procul dubio de omnibus Rat-
gibis intelligitur. Quando ultimo ait Nicolaus Pontifex Can. Ome-
nes dist.

nes, dist. 22. quod Christus B. Petro terreni simul & cœlestis imperij iura commisit: per iura terreni... imperij, intellexit plebem terram non absolute sed in ordine ad Spiritualem, quo sensu si loqueretur Volanus, non propterea ipsum mendacij coarguerem. Quod autem hic verus sit verborum eius sensus, vel ex eo manifestum euadit, quod alioquin regla secum pugnaret, qui in eadem Epistola ad Michaelem (unde ista verba citari solent,) diserte docet, Christum distinctissime actus, officis, & dignitates Pontificis & Imperatoris, ne aut Imperator iura Pontificis, aut Pontifex iura Imperatoris usurpare presumeret.

Mendaciū
6.

Monachi, aīs, Christum omni honore propitiatorio pro peccatis sacrificij spoliarunt, & scipios sibi salutis duces constituerunt. At qui sunt isti Monachi qui negant Christum in cruce sacrificium sufficientissimum pro peccati totius mundi obtulisse? Quid rases? cur non citas? Si omnes Monachi credunt sacrificium Crucis pro redēptione totius mundi sufficisse: (ve reuera credunt ac docent) quæ est tua impudentia, afferere eos spoliare Christum omni honore sui sacrificij? Si hoc ideo aīs quia quotididie offerunt in Missa Sacrificium corporis & sanguinis Christi: cur ipse Christo non irasceris, qui sacerdotibus ritè ordinatis, hoc in sui memoriā præcepit faceres? cur non irasceris Augustino, qui idem sacrificium obtulit pro matre sua defuncta, & curavit offerri in à malignis spiritibus infestata? cur non irasceris Ambrosio qui fecit, ut appareret ex eius Missali, quod usq; hodie seruatur & in usu habetur in Ecclesia Mediclanensi? Istinē se ipsos sibi salutis duces constituerunt, qui per merita & passionem Iesu Christi credunt & sperant se saluandos? qui clare profiteruntur non esse aliud nomen datum sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri? Non credo dices. At lege D. Thomam illum sanctissimum Monachum, quem per ludibrium summum Theologie magistrum solet appellare: ille unus tibi pro omnibus abunde satisfaciet. Sed expendamus paulo diligentius vari plus tribuant sacrificio Christi, Calvinistæ an Catholicæ. Et nos quidem

Lib. 9. Confess. cap. 11.
& 13.

Lib. 22. Ciuitat. cap. 8.

Acto. 4.

3. parte quæ.
stio. 4.

quidē cum Clementē 60. Pontif. in Extraudagante vnigenitus, titulo de
poenitentiis & Remiss. afferimur, minimam guttam sanguinis Christi effusi, propter unionem hypo staticam cum diuina natura suffici-
se pro insufficiū mundis, si tot esse possent in rerum natura. Hanc
verò doctrinam deridet Witakerus tuus pag. 544. Caluinus autem Lib. 1. Instit.
quidē Nihil, inquit, actum fuisset si Christus t. cum corpo- c. 16. para. 10.
rea morte defunctus fuisset. Vnde mortem Christi corpoream
& sanguinis eius effusionem nullius vult esse valoris, contra Apostolum ad Heb. 9. & 10. Sed diros in animo cruciatus dam-
nati ac perditī hominis passum ait, & redemptionem nostram
tribuit doloribus inferni, quos passus est in sua passione, vñqz
ad desperationem. Rursum, nos morti Christi ac sacrificio cru-
cis tantum tribuimus, vt non dubitemus afferere, eius virtute ac merito
piorum animas tam veteris quam nouae legis huic saeculo defunctas,
ad beatitudinem sempiternam ac claram ipsius Dei visionem perdu-
ctas esse. At Caluinistæ nolunt Christi passionem hanc vim habe-
re, sed licet animas iustorum veteris & nouae legis in celo collocent; lib. 3. Instit.
non tamen permittunt eis Deum facie ad faciem clarè contueri, sed ad cap. 20. pa-
diem vñqz iudicij vniuersalis, cogunt eas foris stare, eminus in atrio
expectantes beatitudinem, quæ ex visione Dei habetur, in die iudicij
conferendam. In hoc tamen fateor plus tribuunt Christi passioni, caluinus in
quam omnes Christiani ab orbe condito tribuerunt: nempe quod eius
virtute, animæ iustorum veteris legis prius fuerunt in celo, quam
Christus eo ascenderat, imò priusqz Christus fuisset incarnatus: idqz
propterea ne cogantur concedere eos fuisse in lymbo: vel Christum ad
inferos descendisse: vel aliquod esse post hanc vitam purgatorium.
Simili impudentia Caluinus lib. 3. Inst. cap. 20. parag. 21. In suis, pag. 549.
ait, omnibus Litanis, hymnis & Prosis, vbi sanctis mortuis
nihil non defertur honoris, nulla est Christi mentio. Sed iste
Stygmaticus nebulo, nullas tales Litanias, nullum hymnum, aut pro-
sam protulit vñquam; ne totus mundus subito eum mendacissimum
& impudentissimum agnosceret haereticum. Nec minor est impu-
dentia

dentia Authorum libri Concordiae Bergen. quos non pudet afferere pag. 140. in Apologia artic. 11. In tanta mole constitutionum, glossarum, summarum, Confessionalium, nusquam Christum legi. Certè ut alios omittam S. Antoninus qui inter summis as nō postremum locum tenet, de Christo fusissimè differit. Nec vñq; poterunt isti mendaces vel vnam summam proferre, aut confessionale, in quibus mentio Christi non fieret.

Mendaciū

7.

Pontificem passim vocas Antichristum: afferis eum esse hominem sceleratum & filium perditionis, qui se se opponat & effera aduersus id quod dicitur Deus. At cum Pontifex in Symbolo Nicæno, quod in sacro recitare solet, profiteatur se credere in unum Deum, eumq; agnoscat creatorē cœli & terræ, cum in precibus Breuiarij quotidianis dicat: Regi seculorum immortali & inuisibili soli Deo honor & gloria: cùm omnes orationes quas orat in Breuiario, ad Deum dirigat: qua fronte tu homo impudentissime ait eum se se opponere Deo? Hoccine est se se Deo opponere, eum frequenter quotidie inuocare? Eum vnicum Deum Cœli & terræ Creatorem quotidie profiteri; illi soli honorem & gloriam tribuere? Si hoc est hominem esse perditum & sceleratum: quomodo vos Calvinisti non estis homines perdi ac scelerati? Si hoc est se se opponere Deo; quomodo queso tui gregales Deo se se non opponunt? nisi forte Deum nec profiteantur, nec colant, nec inuocent, sed potius suum Magistrum Diabolum diuino cultu prosequantur?

Rursum, si Pontifex in precibus Ecclesiæ quotidianis, inuocat ipsum Christum, orans; Christe fili Dei viui miserere nobis: si quotidie in eisdem petit a Deo gratiam & gloriam per merita & passionem Christi: si insuper mandat alijs, idq; sub reatu lethali criminis, ve ea omnia quotidie a Christo & per Christum petant: quo pacto tu homo ore durissimo, audes eum Antichristum vocare? Nunquid Antichristus inuocabit Christum aut petet a Christo misericordiam, aut a Deo per Christi merita gratiam & gloriam: num alijs ut idem faciant & eadem petant præcipiet? Si ita faciet Antichristus: quomodo Anti-

do Antichristos esse vos negare potestis? si ita non faciet Antichristus: quomodo Pontificem qui ista facit, Antichristum vocatis?

Constat ex scripturis, doctrinæ Antichristi quatuor futura capita. 1. Iohann. 2.

Is enim primum quidem negabit Iesum esse Christum, vt, inquit Iohannes: Quis est mendax nisi qui Iesum negat esse Christum? Et hic est Antichristus qui negat Patrem & Filium &c. Deinde ubi persuaserit Iesum non esse Christum; tunc afficeret se esse Christum in lege & Prophetis promissum Iohann. 5. Si alius venerit in nomine suo, illum recipietis, nimirum pro Messia. Tum affirmabit se esse Deum & pro Deo coli voleat. 2. Thess. cap. 2. ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. Ad extreum solum se Deum esse dicet, & oppugnabit omnes alios Deos, videlicet tam Deum verum, quam Deos falsos id est omnia idola 2. Thess. 2. Qui extollit se supra id omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Et Danielis II. Et Deum patrum suorum non reputabit; nec quenquam Deum curabit: quia aduersum uniuersa consurget. Quero igitur ex te Volane, si quid tibi superest mentis, an haec tam euidenter e diuinorum oraculorum monumentis de prompta Romano conueniant Pontifici, eumque Antichristum esse conuincant?

Constat certe Romanum Pontificem non negare Iesum esse Christum: constat non se facere Christum, redemptorem mundi, nec Deum creatorem cœli & terræ: constat se non facere solum Deum, cum ipse aperte colat Christum & sacerdos etiam Trinitatem; negat id solum facit, sed etiam (si vobis credimus) tot Deos palam adorat, quo sunt in cœlio sancti; quot in terris imagines; quot super terram reliquie. Certè Daniel cap. II. non tribuit Antichristo instituere sacrificium, quod vos Papæ tribuitis, sed tollere iuge sacrificium, quod vos totis viribus facere conatis estis. Rursus Roma est sedes Romanorum Pontif. ut norunt omnes Catholici: agnoscunt sancti Patres: & ipsi hæretici confitentur: At Patres & Doctores sedem Antichristi Ierosolymis constituant, Ireneus lib. 5. con. hæreses; Cum, inquit, Antichristus federit in templo Ierosolimis, tunc veniet Dominus.

nus. Et Hilarius Can. 25. in Matth. Antichristus à Iudeo suscep-
tus in loco sanctificationis subsisteret. Hippolitus de Consumatio-
ne mundi; Templum, inquit, construet Ierosolimis. Et Apocal. II.
ostendit Ioannes, Enoch & Heliam, qui per duos testes intelligun-
tur, pugnaturos cum Antichristo, & ab eodem occidendos, vbi Do-
minus eorum crucifixus est. In quem locum Arethas; Corpora, ait,
ipsorum ejiciet in sepulta in plateis Ierusalem. In ea enim regnabit
tanquam Rex Iudeorum.

Præterea si Romanus Pontifex esset Antichristus in ipsum conue-
nire deberent, quæ de Antichristi ortu, & genere Patres sancti lit-
teris Sacris consona dixerunt: at hec omnia nihil minus quam in Pon-
tifecem Romanum conueniunt. Nam quod ad gentem attinet, ex Iu-
deo orietur; Antichristus, ait Hieron. in 7. cap. Dan. nasciturus est
de populo Iudeorum. Quin hoc ipsum ex verbis Christi Iohann. 5.
vbi docet eum summis votis à Iudeis excipiendum, manifestum euadit:
at nunquid aliquis Romanus Pontifex ex Iudeis natus est postquam
ceperunt esse Antichristi, aut ab eis est susceptus? Theodoreus in
Gen. quæst. 109. ex tribu Dan. Antichristum proditurum ait; sicut
ti ex tribu Iuda ortum suum seruator noster habuit. Idem sentiunt
Ireneus lib. 5. cont. hæreses. August. quæst. 22. in Iosue. Hippo-
litus de consumatione mundi, Prosper de prædictionibus parte 4. Gre-
gorius lib. 21. Moralium cap. 18. Probant ex illo Gen. 49. siat Dan
coluber in via: at quot obsecro summi Pontifices fuerunt ex tribu
Dan postquam ceperunt esse antichristi?

Deniq; Antichristus erit Circumcisus, cum sine circumcisione nec
esse possit, nec dici debeat Iudeus. Vnde Ambr. in 2. Thess. 2. An-
tichristus ex circumcisione, aut circumcisionis venire sperandus est, vt
Iudeis illi credendi sit fiducia: At ex tot Pontificibus, quos Anti-
christos dicitis quot fuerunt circumcisi, vel ex circumcisione? Item
circumcisionem sequitur obseruatio cultus & cærimoniarum Iudaica-
rum. Ait enim Apostolus omnem hominem circumcidentem se de-
bitorem esse universæ legis faciendæ. Itaq; & Sabbatum coli voleret,
teste

reste Gregorio in Registro lib. I. Indict. 6. epist. 3. ut exteriorem ritum legi reuocet: At Rom. Pontifex nec S'abbatum Iudaicum obseruat: nec à quoquam obseruandum præcipit, imò prohibet. Item tollerat Antichristus Baptismum ut docet Hippolitus de Cōsummatione mundi; nec ut docet Aug. 20. Civit. cap. 8. hoc sacramento ullus initiatitur, qui non præsens vitæ periculum subire volet; nunquid Romanus Pont. Baptismum abstulit: an non vestri Patres in Diabolo Lutherus, Caluinus, Beza scribunt, noluisse Deum tantum licere Sathanæ in Papatu ut Baptismum aboleret: an vos ipsos à Papistis baptizatos rebaptizatis: Et quidem tuum hoc putidum mendaciū pag. 37. firmis rationibus refutauit: sed ut pīscis obmutuisti. Et sane satis mirari nequeo impudentiam tuam, quod ita passim Pontificem Antichristum voces, cum ut alios omittam, tres viri doctissimi, omni generere rationum, argumentorum, ac probationum, iampridem conuicerint & probarent Pontificem Romanum saluis scripturis non posse esse Antichristum illum de quo ipsa scripturæ loquuntur. Sunt autem isti, Nicolaus Sanderus toto lib. 8. de visibili Monarchia Ecclesiæ, Petrus Tyræus Societatis Iesu in suis doctissimis assertionibus de Antichristo, Robertus Bellarminus eiusdem Societatis in I. tomo Disputationum in Controversia de Romano Pontif. Hos Volane tu tuis prius debebatis refutare potius, quam in hac tam impudenti mentendi libidine perseuerare. Sed quid mirum nihil esse frontis istis nebulonibus, quando eorum Magister Caluinus audeat sine omni pudore asserere lib. 4. Inst. cap. 2. parag 27. Iulium, Clementem, Leonem, & Paulum Pontifices Romanos, nihil aliud de Christo tenuisse, nisi quod didicerant in schola Luciani. O egregium mentiendi magistrum Caluinum: o insignem tanti magistri in menteendo discipulum Volanum.

AFFIRMAS, Monachos suæ sectæ authores, non solum Christo & equiparasse, sed in multis etiam vitæ ac miraculorum partibus superiores fecisse. Hic Volane sunt tria tetra ac putida mendacia digna te tali viro, tuoque Euangeliō. Primum est, quod

Calu. 4. Inst.
cap 21.
Luth. homel.
de Bapt.
Beza in sua
Confessio.

Monachi authores sue religionis, Christo & qui pararunt: secundū, quod eos Christo in vita sanctimonia superiores fecerunt: tertium quod in miraculis multis partibus eos Christo prætulerunt. Quando vixque omnino mendacissime ac impudentissime homo tam fæda, tamque crassa mendacia, vomere desinet: quando tandem vera loqui incipies? Tu in genero loqueris, in plurali numero: nos contentos facies, si vel unum protuleris, qui haec tria de sua religionis authore dixerit, aut fecerit, aut scripserit. Hoc tuum tam ingens mendacium pag. 38. refutavi: sed ad hoc sicut & ad multo maiorem responsionis meæ partem, quia refellere non potuisti, miser obmutuisti. Ceterum, tu ne homo mendax etiam authoritatis apud bonos viros es, ut quod nudo verbo profers, sine ratione, sine argumento, sine teste, illud statim tibi dicenti credant. Norunt bene Monachi Christum esse sanctum sanctorum, cuius sanctitati nullus Angelorum vel hominum equiparari potest, & per eius sanctitatem omnes quotquot sunt, fuerunt, & erunt sancti, sanctificatos esse. Norunt in Ioanne scriptum esse cap. 21. multa alia fecisse Iesum, quæ mundus non posset capere si singula scriberentur, nec tamen latere te existimo à Christo Ioan. 14. dictum esse. Qui credit in me opera quæ ego facio & ipse faciet. Ex quo potest deduci non esse tam absurdum, ut tu existimas, si aliqui sancti in virtute Christi maiora fecerint miracula quam ipse Christus.

Mendaciū Rapsodias, inquis, Monachorum, & quæ de Francisco, de
Dominico cum Christo collatis, istos in chartas euomuisse non puduit, Pontifex Romanus approbavit, atque impijs omnibus hisce commentis sub anathematis pena credi mandauit. Volane egre giè sane proficis in dies in mentiendi arte. Hic duo, ut minimum mendacia apertissima euomuisti: alterum est: Pontificem ista quæ dicis approbauisse: alterum: sub anathematis pena credi mandauisse. Cur non citas Pontificem qui istas rapsodias & chartas approbavit? quis obsecro fuit ille qui haec credi sub anathematis pena præcepit? Certe nec in tomis Conciliorum, nec in decreto Gratiani, nec in toto Volumine iuris Canonici inuenies talem istarum chartarum

earum approbationem, vel tale mandatum credendi istis chartis.
Tuum erat Volane si voluisses bona fide agere, nobis istas Rapsodias
& chartas monstrare, istam earum approbationem, istud credendi il-
lis mandatum, cum omnibus harum rerum circumstantijs indicare.
Sed in tam obstinato haeretico, cui nulla in Deum fides, quis bonam fi-
dem erga homines, maximè erga Romanos Pontifices (quos cane &
angue peius odit) requirat aut inueniat.

Pontifex, inquis, vt se non postremum salutis & vitæ autho-
rem testaretur, omnibus tantam se habere in inferis pote-
tatem asserit, vt quantum velit numerum animarum, quæ in
illis locis cruciantur per suas indulgentias liberare, & statim
in cœlo collocare possit. Hoc item ut alia crassissimum menda-
cium confutauit pag 37. Sed tu more tuo cum te aduerteres in menda-
cio turpissimo deprehensum, conticuisti. Decebat te sane pro verita-
te tui quinti Euangelij nominare vel unum Pontificem, qui asseruit, se
posse per indulgentias animas ab inferno liberare. Deinde si Ponti-
fex testatur omnibus se esse salutis & vitæ authorem; quomodo quod
ist omnibus testatum tu cœce fili Diaboli illud videre non potuisti?
Si enim non vidisti hoc testimonium; mentitus es, asseuerando omni-
bus illud esse testatum. Si vidisti, proferendum tibi fuerat, vt te
liberares à duplice mendacio, quo h̄ic constrictus teneris. Sed quo-
modo potuit quispiam Pontificum hoc omnibus testatum facere, cùm
perte contrarium publicè testetur, in officio defunctorum dicens;
quia in inferno nulla est redemptio. In omni formula professionis fi-
lei qua utitur Romana Ecclesia clare videbis Rom. Pontificem agno-
cere, salutis & vitæ nostræ authorem esse Iesum Christum: & illum
pro peccatis nostris satis fecisse: illum nos sua morte redemisse: illum
nos Patri æterno reconciliasse. Et hoc tu probe nosti Volane, sed ma-
icia, odium, rancor erga Pontif. propterea quod tuas condemnat ha-
eses, & profligat, non sinunt te de eo quod verum est loqui. Quod
Dei filio placuit, uti Romano Pontifice tanquam instrumento, &
egato suo in salute hominum procuranda, non est cur propterea Pon-
tificem

Mendaciū

10,

tificem blasphemes, sed potius cur Deum laudes qui per homines hominum salutem, ut per instrumenta & Vicarios suos operari dignatur, dans eis in Petro claves regni celorum, & curam ouium suarum.

Mendaciū

II.

Am diu Sadeelem Laurentij Arturi librum refutasse, at te non dubitare, sed dolere, quod scripta illius in ultimis his Sarmatiae oris non possis habere. Mirore Volane te non aduertisse, me pag. II. responsionis meae hoc mendacium tuum refutasse. Si non dubitas: unde habes tuas non dubitandi causas? quia, inquit, libri eius non tam cito perforuntur. Sed quomodo vis ut perferratur huc liber qui nunquam in rerum natura extitit? & quomodo iste liber huc non tam cito atque prior eiusdem authoris contra assertiones eiusdem Laurentij Arturi perlatus est? Certe in omnibus Catalogis Francofordiensibus, id est librorum qui bis prodeunt venales in anno Francofordiae, nulla prouersus illius libri sit mentio, quem tu non dubitas extare: cum tamen libri Sadeelis alij qui in lucem prodeunt in illis Catalogis ponis soleant. Hec volui dicere de fortissimo tuo milite Sadeele prostrato & deuicto a Laurentio Arturo: ut vel hinc intelligas quam ineptè ac insulse non semel in scriptis tuis glorieris de victoria Sadeelis contra Turrianum summum Theologum. Turrianus Volane obturauit os tuis Magdeburgensibus, tuo Boquino, tuo Freihubio, & quandiu vixit (ante triennium enim mortuus est) nunquam cessauit contundere os tui Sadeelis. Et in Bibliotheca Patrum Vilnenorum plura forte inuenies opera Turriani contra Sadeelem, quam tu unquam vidi nisi Sadeelis contra Turrianum: & tuum quoque os impudens sicut cuperat contundere perrexisset, nisi alijs maioris momenti rebus fuisset occupatus: Ut taceam quod omnia que contra te scripsit, tu haec tenus refutare nunquam potuisti. Eodem respondendi modo rteris contra Skargam & Vegam, dum ne medium partem eorum que ipsi solidè ac docte contra te scripserunt attingis, ne dum refutas: tibi tamen ac forte etiam tuis Calvinistis, satis videris respondisse, modo plaustra blasphemiarum, conuictiorum & mendaciorum in aduersarios tuos in Romanos Pontifices, Catholicos omnes maledico

maledico ore tuo euomias. Sed prudenter facis quod quæ in Turriano, Scarga & Vega refutare non potes, surda aure præteris: aliquid ramen semper debilateras, ne doctus, scilicet Caluinistis tuis in Lithuania, videarūs (sicut re vera es) victus ac plane prostratus.

IEsuitas vocas monstra hominum, quos, inquis, fingere non pudet Bezam ætatem iuuenilem in obscenis amoribus traduxisse, adulterum fuisse & impiæ cædis authorem. Caluinum transfugam & stygmaticum. Lutherum omnibus permisisse accersere ancillam si quando non velit vxor. O Volane frons meretricius facta est tibi: Iste lesuīta finixerunt: an non scripta extant in vitis, Bezae, & Caluini, à Hieronymo Bolsecō conscriptis: qui cum plus minus viginti annos Caluinista Geneuae cum Caluino ac Beza diu multumq; conuersatus esset, optime utriusq; mores ac vitā perspectam ac notā habebat. An non tu ipse fateris in Apologia tua Bezam iuuenē amatoria quædā lusisse, & carmine Candidā celebrasse: an non Bolsecus scribit Beza fuisse adulterum, & prolis propriæ occisorem: an non idem author tradit Caluinum fuisse transfugam & stygematicum? An non Lutherus tomo 5. Latino Vitembergensi Serm. de Matrimonio fol. 123. expresse hoc scribit: Si Domina nolit, veniat ancilla: An non carmina illa sodomitica Bezae de sua Candida & Audeberto extabant ante viginti circiter annos apud Claudio Sanctesum in Apologia sua contra Bezam? Nunquid Sanctesus & Bolsecus lesuīta fuerunt? Si hæc vera sunt (ut sunt verissima) quo ore, qua fronte, afferis impudentissime blatero hæc à lesuīta esse confictas? Nonne citant ipsi suos authores, libros, loca, capita, unde ista habuerunt si quando ista tibi ac tuis obijciunt? Et tamen non te pudet os impudens, afferere, quod Iesuitas huius impudentissimi mendaciū conscientia ipsa conuincat, & tot clarissimorum virorum testimonia redarguant. Profecto Volane si ipse mendaciū pater Diabolus cor tuum non possedisset, non hæc ore impudentissimo euomeres. Quomodo potest eos hac in re conscientia ipsorum mendaciū alicuius conuincere, quā

Mendaciū

12.

do hæc omnia bona fide ex certis authoribus citant, quando bona fide libros, loca, capita notant. Vt inā tu aliquando tanta fide in rebus scribendis, & libris citendis viceris, ac illiea in rebus usi sunt; multo sanè paucioribus tua impia scripta mendacij scaterent. Quomodo eos mendacij redargunt Clarissimorum virorum testimonis, quæ nulla sunt in rerum natura: aut si sunt, quid morari possunt, dic, profer ea si potes. Isti clarissimi, nunquid non habent nomina? nunquid aliqua hæc de re non scripserunt? profer nobis eorum libros, recita loca, verba, capita, paginas, ut videamus quomodo & quibus argumentis isti viri tui Clarissimi, hæc quæ tuis obiectiuntur redarguant. Profer, inquit, ea fide quæ ego in mea responsione Bezae, Caluini & Lutheri facta et verba, quinque integris paginae protuli, quæ tu in isto maledico ac virulento scripto tuo ne semel quidem sigillatim attingere, ne dum refutare ausus es: sed tanquam nihil unquam tale à me scriptum esset, totas illas quinque paginas, alto silentio inuoluisti. Sed prudenter sanè, illa prætereundo, fecisti, & silentio verissima esse concedendo, quæ à nullo nisi perscrutissimæ frontis nebulosa vera esse negari possunt. Si falsa sunt quæ de Beza & Caluino Bolsecus scribit, adiectū ubiqꝫ nominum, personarum, locorum & temporum, peristasisbus: cur vestrum nemo habetenus, quod ego sciam, ea refutauit? cur tam tetrastichon patiuntur residere in nominibus, vitis ac moribus suorum Euangelistarum? cur ingratiti discipuli suorum præceptorum honorem non defendunt?

Mendaciū

13.

In Colloquiis
is Mensalibus
tit. de tenta-
tione cap. 26

Vtherum, Caluinum, Bezan viros sanctos & innocentes vocas. At si isti post te & tam horrenda flagitia, post te & tam obscena dicta: post te & tam prodigiosa à se conficta mendacia, innocentes & sancti sunt; mirum, si tua sententia vel ipsi Demones inferorum sancti non sunt. Lutherò certe Diabolus sanctus est: quippe quem ita compellat; Sancte Sathan ora pro nobis. Si adulteri, si homicidæ, si Sodomitæ tibi sancti sunt & innocentes: qui tandem erunt impi & nocentes? Fuisse autem Bezam & Caluinum adulteros, homicidas, Sodomitas, claram habes in Bezae & Caluini per Bolsecum conscriptis Historijs, ut ego in mea responsione

pag. 17.

19

pag. 17. & deinceps copiose declarauit. Sed ad hæc tuorum sanctorum
virorum detestanda à me commemorata facinora quid tu respondes?
Primò dicas in Apologia tua, omnia esse conficta, & mendacia.
Mendacia nego plane Volanè. quid ergo? proba si mendacij non vis
tibi notam inuri. Si hic modus respondendi tibi satis sufficiens vide-
tur. annon absque vlla alia probatione facile esset nobis omnia, que tu
haec tenus scripsisti, omnia etiam que Caluinus & Beza ceterique
istorum & tui similes scripserunt, uno verbo diluere, falsa, conficta,
ac mendacia esse afferendo. Simili respondendi modo Ioannes Rainol-
dus in Thesibus de Ecclesia pag. 115. Rupellæ, cum ad illam autho-
ritatem Cipriani lib. 1. Epist. 3. editionis Pammelij, ubi ait ad Roma-
nos perfidiam non posse habere accessum, respondet. Da veniam
Cypryane, libenter tibi crederem, nisi tibi credens, non cre-
derem verbo Dei. Sed nunquid verba que ex ipso Luthero bona
fide attuli locis ac libris citatis, erunt quoq; falsa & mendacia? Nā
& illum quoq; in numero tuorum sanctorum hominum inuoluisti, &
ei Iesuitas falsa affinxisse quod scripserit; Si Domina noluerit,
ancilla veniat, afferuisti. Sed in hoc tuo scripto posteriori mi-
rum est de Luthero silentium: forte iam saniore mente usus, Lutherū
ex Calendario Sanctorum tuorum expunxisti. Secundò respondes
ibidem Beza & Caluinum aliquid humani in lubrica & illa iuuenili
atate passos esse. & quidem dum essent adhuc Papistæ. At ego tibi
evidenter ostendi, eos hæc horrenda sclera etiam multo postquam
Geneuae in lacu lemanno, nouo isti vestro Euangelio per Diabolum
fuissent regenerati perpetrasse. Nonne Caluinus Geneuae factus
predicator huius noui Euangeli, dormiuit cum aliena uxore? Non-
ne Bruleum Ostium dum cum ex mortuo vellet viuum facere, occi-
dit? nonne puerum suum qui quater mille Francos furto ei abstulit &
profugit, capi non permisit, ne captus proderet nefandam eius Sodo-
miam cum eo perpetrata? Et tandem nonne in signum poenitentiae
cum desperatione Deum blasphemans Spiritum exhalauit? Beza
vero quid? An non (ut idem Bolsecus in vita eius tradit) dum Lau-

Bolsecus in
vita Bezae
Pag. 52.

sannæ lector quinti Euangeli secundum Caluinum esset, propriam problem quam ex ancilla pro sua castitate Caluinistica generat, encuit annos multos annos cum Candida sua, quæ Sartoris Parisiensis viui vxor erat post suam in nouum istud Euangelium regenerationem vixit Geneuae, idquæ in signum suæ regenerationis, nouæ vita ac poenitentiae. Et cum hæc omnia & multo his plura, de istis duobus nebulonibus Euangelicis scripta sunt à Bolseco, cum eiusmodi peristisibus personarum, locorum ac temporum: ut nulla vñquam historia exactius & verius scripta videatur: (à Bolseco, inquit qui sicut ipse testatur plurimos annos cum Caluiuo & Beza Geneuae & circa Genueam ipso quoque Caluinista vixit, eorumqne vitam, mores, facta ac dicta explorata habuit) Diabolica plane videtur impudentia tua Volane nudo verbo sine ullo arguento, aut probatione omnia ista negare, & esse falsa, conficta, & mendacia asserere. Quod si Bolseco fidem non habes, lege magnum illum Iuris consultum Franciscum Balduinum factum ex Caluinista Catholicum contra tuum Caluinum: lege Michaelem & Gabrielem, Fabricios fratres contra tuum Bezam vt non in ore vnius Bolseci, sed etiam illorum trium stet omne verbum. Satu multa mihi crede inuenies de tuorum Magistrorum flagitiosè dictis ac factis. Pergamus.

Mendaciu

14.

Notum est, ait, plurimos Pontifices Romanos extitisse qui à coniugibus alienis aliter cohiberi non potuerint, nisi in adulterijs reprehensi trucidarentur. Sed tuum erat Volane istos plurimos proferre, ne semper mentiri videaris, rogatus à me, cur eos non profers? Tandem cum multo labore, non plurimos vt mentebaris, sed vnum tantum parturientis more enixus es. De quo tamen ipsi authori Platina, quem citas non constat; Sunt, inquit, Platinæ qui scribunt illum in adulterio reprehensum & occisum. Quibus verbis satu indicat se talibus scriptoribus vix credere. Et me rito quidem. Nam scriptores illorum temporum ita variant in huius Pontificis & aliorum hominum rebus gestis describendis, vt vix quidquam certi ex eis elicias; quod Platina ipse non obscurè ibidem indicavit.

cauit. Certe Martinus Polonus in Chronico de Imperatoribus ac Pontificibus nihil simile de eo memoriae prodidit. Verum fuerit ita sane factum, quid istud contra nos? Nimium profecto stultus es ac insanus, si putas nos Romanorum Pontificum male vel facta, vel dicta approbare aut defendere velle: ideo non est quod in posterum inani labore te occupes, & consumas, in his querendis & nobis obiectiis. Agnoscimus non defuisse aliquos Pontif. qui muneri diuinatus sibi collato vita ac morum integritate minus responderit: at qui in fide, religione ac doctrina errauerit, omnino nullum extitisse. Quanquam sine comparatione multo plures sanctissime integerrime que vixisse, & nunc etiam vivere adeo clarum est, ut ne vos quidem hostes alioqui Pontificum acerrimi id negare possitis. Nam ex ducentis triginta sex Pontificibus potesne enumerare quadraginta qui male vita fuerunt: an plus apud te mala vita paucorum valet, ad Pontifices omnes infamandos, quam bona vita plurimorum ad eorum honestatem praedicandam? Planè videris mihi volane hac in re muscas imitari. Muscas enim hoc peculiare est, ut partes sanas in corpore animalis negligant, & ulcerosas querant, illis insideant, & saniem ac putredinem fugant. Ita tu omnes bonos Pontifices praeteris quantum plurimi; in solos malos oculos desigis, licet pauci sint: ut saniem, fugas paucorum malorum, quia non placet tibi pietas multorum bonorum. Vnde hoc Volane nisi quia delectaris sordibus instar stercoracei tui doctoris, sancti illius viri & innocentis, ut ait, Lutheri. Hinc est quod tam sape habeas in ore stercora Rom. Pontif. ut passim ex tuis scriptis patet. Sed dic Volane liberè quid tibi in Platina narratione de Iohanne tredecimo displices: an quod occisus fuerit & hoc non puto: libenter enim nullum Rom. Pontif. viuum super faciem terrae videres, si posses. An quod adulterium commiserit: non credo. Quomodo enim potest tibi displicere adulterium cui adeo placet Lutherus, ut eum virum pius, sanctum ac innocentem vocare soleas? At is tamen publicè primo in templo pro concione Vi tembergæ anno 1522. docuit adulterium esse licitum ac perpetran

dum deinde ne mundus iste castus, ac sterilis fructu tam sanctae conceptionis priuaretur, ea typis ibidem mandata est, anno 1554. ut totus orbis cognoscat ac discat quod si nolit vxor, ancilla venire debeat. pari impudentia Illiricus in Protestatione contra Concil. Tridentinū pag. 79. ausus est insigniter mentiri de patribus illius Concilij, asserens duos ex Episcopis illis captos ibi & occisos fuisse in flagrantibus delicto adulterij. Luptonus vero in lib. suo contra Jesuitam, ut mendacium magis pateret, & per se corrueret, ait illos fuisse Cardinales. Sed isti Episcopi sive Cardinales carebant nominibus, quantumvis a liorum omnium nomina extant in varijs Catalogis Patrum Concilij Tridentini impressis.

At, Deo sit laus, multi viri præstantes modo viuunt qui illi Con-
cilio interfuerunt, & optime norunt esse crassissimum mendacium,
dignum quod ab Illirico in suas Centurias, una cum ceteris mendacijs
Evangelicis referatur. Porro si cupis lector scire quād flagitiose,
impudenter ac frequenter, iste nebulo Illiricus in suis illis Magde-
burgensis Centurijs mentiatur: lege sex Dialogos Alani Copi, Tur-
rianū et Canisium, contra eosdem Centuriatores, cōtra quos isti men-
daces Magistri hæc tenus quod sciām, ne hisce re quidem sunt ausi.

Mendaciū
15.

DVM nullum, aīs, verum vitium quod in mores meos ca-
 deret, obijcere possunt Jesuitæ, in confingendis crimini-
 bus falsis industriad suam posuerunt. Exultate imo triumpha-
 te Calvinistæ tandem aliquando hominem tam sanctum & immacu-
 latum ex schola vestra vel potius cappona ceruifaria Lwowkouienſe
 prodijisse, qui adhuc in terris viuens seipsum sanctum & immacula-
 tum prædicat; vt pote in cuius mores nullum verum vitium cadit quod
 Jesuitæ illi possint obijcere. Certe plus sibi tribuit iste Antichri-
 stus Lithuaniaeus, quam hæc tenus omnes Lutherani & Calvinistæ A-
 postoli, Beatisimæ Virgini Marie addo ipsi etiam Christo tribue-
 runt. Nam illi vera, (ut illis videbatur) virtus que Apostoli, B. Vir-
 gini, & ipsi Christo obijciant, inuenierunt, vt videre licet apud Mag-
 demburgenses Cent. I. & Calvinum in Harm. cap. 27. Math. vbi
 ipsi

ipſi Christo desperationem adſcribit. Et Lutherus tomo 4. Latino
Iene imprefſo anno 1558. fol. 89. Omnes, inquit, Proph-
tæ viderunt in Spiritu, quod Christus futurus eſlet omnium
maximus latro, homicida, adulter, fur, sacrilegus, blaſphe-
mus, quonullus vnquam maior in mundo fuerit. Quis
fastus, quæ ſuperbia, quæ amentia? Itaneſ nullum tibi vitium leſuitæ
poſſunt obijcere quod in tuos mores caderet? nullum inquis. O incre-
dibilem huius tabernarij Lwoſkouies iſ impudentiam, o cæcam in mē-
tiendo animi libidinem. Tune ſanctule omni vitio vero quod in tuos
mores cedat vacuus es? Tu inquam, qui plenus es mendacijs, ebrieta-
tibus, contumelijs, conuitijs, hærefibus, ſuperftitionibus, malitia, odio,
liuore, & rancore erga Pontifices Romanos, Cardinales, Epifcopos,
Monachos, leſuitas, Eccleſiaſticos, omnes denique Catholicos, quos
poffim in ſcriptis tuis omnibus probris, contumelijs, conuitijs ac male-
dictis oneras ac laceras? Qua igitur fronte ait, nullum reperiri vi-
tum in moribus tuis? Nunquid ebrieitas, mendacia, hærefes, conuitia,
maledicta, & huiusmodi alia apud te & nouum tuum Euangeliū
vitia non ſunt? Dic obfecro, dic nobis tandem, quid tuum nouum
Euangeliū vitium eſſe putat: ſi iſta vitia eſſe non existimat. An
in forte cum tuo Luthero ſentis nullum eſſe vitium niſi infidelitatem?
Egregius ſane eſ Euangelicus qui tantæ molis elephantes noſti deglu-
tire, & culices in Pontificijs colare.

In Poſtilla
Germanica
anno 1561.
Iene pag.
258.

V Erum, inquit, in omnibus hiſce contumeliarum probris Mendaciū
egregie me pura conſcientia conſolatur. Videor hic mihi 16.
audire Pharisæum in templo orantem ac dicentem; Domine gratias
tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines. Os impudens audeſ de
tua pura conſcientia gloriari, quam malus Dæmon, tot ſordibus, tot
hærefibus, tot ebrietatibus, tot odijs, tot mendacijs, tot ſuperftitioni-
bus, tot alijs ſceleribus polluit, ac velut Trebiſ compunxit notijs.
O Christe, ſi iſta eſt pura conſcientia, quam adeo impudenter hic
furiosus Caupo iactat: ecquis non videt quin ipſe quoq; Diabolus huius
aduersarij mei pater, merito poſſit de ſua pura conſcientia non ſecus
ac hic dilectus eius filius gloriari?

Mendaciū **S**cripta mea, inquis, quæcunq; sunt de Religione ab omni vel
17. minima impietatis & hæreſeos ſuſpitione me vindicant.

Imo Volane ſcripta tua te vel maximæ impietatis ac hæreſeos accuſat & condemnant. Veteres enim hæreſes quas tu ſcriptis tuis ab inferis reuocas, vt de nouis raseam, videre potes apud Sanderum lib. 8. de viſibili Monarchia cap. 27. breuiter collectas ex sanctis Patribus, quarum paucas hic attingam. Non ne Vigilantius eſt D. Hieronymo hæreticus ob negatam ſanctorum inuocationem & reliquiarum cul- tum? nonne Iouinianum qui æquat nuptias virginitati ab Aug. hæreſe 81. poſitus eſt in Catalogo hæreticorum ſicut & Eunomius hæreſi 54. qui per ſolam fidem homines iuſtificari voluit? nonne Symon Ma- gus abſque bonis operibus hominibus ſalutem promittebat, vt auhor eſt Ireneus lib. 1. cap. 20? nonne Aērium D. August. Heresi 53. in hæreticis, quod negauerit orandum aut ſacrificandum pro mortuis nu- merat? quas omnes à Christi Eccleſia damaſtas hæreſes, tu paſſim in ſcriptis tuis defendis. Iam verò hæreſim tuam ſacramentariam iu- ſiſimè condenmauit Concilium Tridentinum. Et ſi hoc tibi quia re- centius eſt non placet, idem fecerunt ante quingentos circiter annos quinq; alia Concilia in tuo patre Berengario. Quodſi & horum omni- um Conciliorum grauiſſimorum contemniſi iudicium: Lutheri faltem tui iudicium contemnere nec potes nec debes; cum eum tu ſanctum ac innocentem voces, & Iuellus in Apologia Eccleſiae Anglicanae virum prætantissimum, & ad illuſtrandum orbem terrarum à Deo datum apellet: & Caluinus per eum Deum non modo locutum, ſed etiam fulminaffe ſcribat. Audi ergo, quid vir hic ſanctus ac innocens, vir ad illuſtrandum orbem terrarum datus dicat: audi inquam, quo pæto vir iſte per quem Deus locutus eſt te tu. ofq; ſacramentarios, ſerio hæreticos iudicauit ac pronunciauit: Au-

Luth. in Epi- di & ei crede: quia certus eſt, vt ait, ſe habere ſua dogmata de cœ- ſtola ad Ar- lo i hæreticos, inquit ille, ſerio censemus, & alienos ab Eccleſia gumeti neñ. Dei Zuinglianos & ſacramentarios omnes, qui negant Chri- In Thesi 27. ſti corpus & ſanguinem ore carnali ſumi in venerabili Eucha- anno 1645. ristæ

ristiæ Sacramento. Aduerte animum Volane, arrige aures, audi quām Lutherus tuus non ioco sed serio, te hæreticum & alienum ab Ecclesia Dei pronunciet. Et ne excidiisse verbum homini putas, idē biennio ante mortem quasi hæresim vobis in suo testamento legans, anathema contra vos ad hunc modum tonat. Quicunque credere nolit panem Domini in cæna illius, esse verum ac naturale corpus, is à me abstineat epistolis, scriptis, vel sermone, neq; vllam meam expectet communionem. Et paulo post; Sumeris, nihil contulerit quod circa Sacramentum plurimum illi nugantur, de spirituali esu ac potatione corporis & sanguinis Christi. Frustra quoque illi in Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum credunt, quando hunc vnuim negant articulum. Et anno 86. prodijt Germanicè liber impressus Lenæ à quodam Lueherano sub hoc titulo; Admonitio ex verbo Dei, quod Caluinistæ non sunt Christiani, sed tantum Iudei & Machometani baptizati. Habetur in Catalogo nundinarum Francofordiensium anni 1586. Nicolaus Amsdorfius in libello cui titulus est: Publica confessio puræ doctrinae; Nos, inquit, Zuinglianam & Osiandrinam hæreses & errores, tuta conscientia amplecti non possumus. Projnde dabis veniam & mirari desines, te tuosq; Caluinistas à nobis hæreticos vocari: quando vos hoc elo-gio vestri Euangelici dilecti in Christo fratres exornant. Et merito sane, Nam si Arrianiani, Nestoriani, Eutichiani hæretici sunt; profecto vos tam Lutherani, quam Caluinistæ, hæreseos infamiam euadere non potestis, si scripta vestra quæ mundo publicastis defendere velitis, ut inferius clare ostendam.

CAluinum, aīs, tantum fuisse Theologum, qui omnes fere Mendaciū alios iudicio, grauitate & sermonis puritate superauit. 18.
Hinc forte est quod in oppido Thokon, quidam Caluinista in magna hominum celebritate dixit; Dominus meus Caluinus Paulo Apostolo est doctior, pluraque ex Dei secretis nouit quam ille. Ita Bolsecus in vita Caluini cap. 13. At si tantus Theologus fu-

In defensio
ne verborū
cæna tom. 7.

it Caluinus, tantiq*ue* iudicij, quomodo ut sit Genebrardus in Epistola ad Lambertum Danœum, despudetæ fuit memoriae non solum apud Catholicos, sed etiam apud ipsos hæreticos: ut apud Westphalum, Hessium, Morellum, Castalionem, Iohannem à Lasko, Stancarum, Casanouium, Gregorium Paulū, Illyricum, Molinæum, Brentium, Roserium, innumerosq*ue* alios, adde etiam apud Deum: Nam tam horrendo Dei iudicio transiit ad Sathanam, & tot morbis, iudicium Dei æquissum per uulgantibus, extinctus est; ut nisi id Beza oculatus Historicus scripto prodidisset, vix homines crederent. Nec mirum si tam infæliciter perierit, nam peius vixerat. Theomorus qui eum videri vult tenerimè dilexisse, ut Patrem vnicè obseruasse, vt præceptorem reuerenter coluisse, maculas nouem turpissimas ei à suæ sectæ hominibus inustas, nondum diluere potuit. Sunt autem istæ: Prima, fuisse non modo hæreticum sed etiam hæretico peiorem: Secunda, ambitiōsum & Tyrannidis cupidissimum: Tertia, usurarium insignē: Quarta, nummularium seu Trapezitam: Quinta, auarissimum: Sexta, aleatorem: Septima, scortatorem libidinosissimum, vbi Mysterion iùs kakias, quod non licet homini loqui, cuius causa, oportuit historicum sanctos Patriarchas traducere, ac scribere deterius aliquid contigisse in domo Iacob, & Davidis, quam istius cuius patrocinium, encomiumque suscepiebat: Octaua, vindictæ appetentissimum, sæcum, sanguinarium, vix placabilem. Nona, immoderate biliosum ac iracundum. Hæc ille. Si tanti fuit iudicij, tantusque Theologus: quomodo Carolus Molineus fecit cum Athorum principem, quod filij essentiam à patre esse negaret, & personas in imaginarias proprietates et accidentia transformaret: personarum propria confunderet: distinctionem inter patrem & filium tolleret? Si denique tantus fuit Theologus Caluinus: cur tam fædè ac turpiter in maximis Christianæ religionis mysterijs, ut infra clarius ostendetur, errauit? Quorum ob-

sum obsecro doctrina illius tendit, nisi ad abnegationem ipsius Christi ut minus miremur, unum ex vestris mundo dedisse librum de tribus impostoribus Moyse, Christo, Machomete, qui nimis multum, mulierum manibus ut ait Genebrardus Epistola citata, teritur.

Narrant qui vestram Synagogam hic Vilna frequentant, vos isthic prohibuisse cantari deinceps cantiones quasdam, in quibus mentio fiebat Sanctissimae Trinitatis, nec id quidem ob aliam causam quam quod vox illa (Trinitas) in scripturis sacris minime reperiatur. Quid igitur restat nisi ut breui etiam Personae, Unitatis, Consuetudinis, nomina collatis, cum nec illa in scripturis habeantur? Quid dico tollerem imo verius dixerim iam sustulisti nomina simul cum ipsis rebus. Quot enim sunt hodie in Polonia & Lithuania, qui Christum esse Dei filium & quod inde consequens est, ipsam Trinitatem negant? Unde enim istud anno ex Caluini vestri Euangelio? Mentior: at qui verum id efficiam paulo inferius: & ita verum ut nequaquam negare possis Caluinum id docuisse, nisi te tui magistri dogmata sequi ac tueri negare velis. Et sane per vestram Confederationem non video, quomodo liberum non sit cuique, si velit credere etiam in ipsum Saithanum: negare Deum esse ullum in celo & in terra: transire ad Iudaismum (quod Vilna factum esse constat) et Machometismum, imo ad gentilismum, ita ut meritò timendum sit ne breui Regnum istud Atheis implatur, quibus miseram Angliam iam plenam esse Witgiftus Caluinista in opere suo contra Puritanos conqueritur.

Reuera, inquis, Monachi Scarabei sunt, & potissimum isti Mendaciū noui Iesumastigae, qui præ omnibus fecidissima Papæ stercore (sic loqueris homo modestissime pro tua modestia Evangelica) & ipsi liguriunt & alijs venditare non erubescunt. Quorum similia passim in Apologia & alijs scriptis tuis repetit, & inculcas: ut lectori etiam nauicam moueas. Ac nimium falleris Volane, non Monachi aut Iesuitæ sunt Scarabei; sed vos Caluinisti, ac Lutherani estis veri Scarabei, ex stercoribus Monachorum nempe Bucero, Luthero, Martyre, Ochino, Morlorato nati: istos Monachi ut sterco-

ra ex sui medio ejecerunt, ex quibus deinde vos propagati estis: Quid
 Beza & Calvinus: fures, adulteri, homicidæ, Sodomitæ, an non
 fuerunt Papistarum qui quiliæ, sordes, stercoreæ at isti sunt Volans
 parentes tui sancti ac innocentes, ut vocas: isti sunt qui te Diabolo per
 suum Euangelium genuerunt: isti sunt qui te in familiam Diaboli per
 sua impia ac blasphema scripta inferuerunt. Quod attinet ad
 dogmata Pontificia, quæ tu sordidissime scurra, vocas fædissima
 stercorea: scito, Iesuitas aut Monachos nulla defendere dogmata, aut
 populo proponere quæ non defendit ac proponit vniuersa per totum
 orbem terrarum Ecclesiæ: quæq. non sunt ipsissima Spiritus sancti
 placita: quæ nullus vestrum haec tenus potuit ex Dei verbo confutare.
 Quo pacto vero dogmata Pontif. possunt tibi videri fædissima sterco-
 ra, cui tam suauiter olenet dogmata impura Lutheri, quæ in mea respo-
 sione adnotavi, & plura cum voles adnotare paratus sum: An inter
 omnia dogmata Romani Pontif. inuenias, si non vult vxor veniat
 ancilla? An reperias licere vxori iuueni à viro sterili discede-
 re & inire occultum matrimonium cum aliquo fratre vel affi-
 ne viri propter hæreditatem conseruandam, ubi sordidus ille
 porcus & impotentis animi bellua addere non dubitat. Sicut non
 est in mea potestate ut sim vir, ita ut neque in absque fæmina,
 aut fæmina absque viro. Hæc ille tomo 5. Latino Witem-
 bergæ anno 1554. in Serm. de Matrimonio. Et alibi. Impossi-
 bile est, inquit, nobis carere corpore mulieris, ex quo nostrum
 corpus magna ex parte constat. Tom. 3. Germ. fol. 29. in E-
 pen. anno 70
 piscola ad Wolfgangum Reiss. Et tomo 4. Germanico fol. 214. ad
 Dominos ordinis Teutonici ait: in casu quo Concilium aliquod
 concederet clericis coniugium, tunc ille contrarium consule-
 ret & potius permetteret aliquem viuere cum tribus meretri-
 cibus, quam cum una vxore. Hæc & multo plura similia apud
 bunc mulierosum A postamat quem tu sanctum nominas inuenies.
 Iesuitæ

Esuitæ nullum næuum in corruptissimâ Ecclesiâ Romana Mendaciū
Agnoscunt. Falsum est, dici non potest. Agnoscunt non vnu sed
 multos næuos in multis Rom. Ecclesiæ filijs: licet enim Doctrina Ro-
 manæ Ecclesiæ de fide, ac moribus sit integerrima, ac sanctissima: ta-
 men multarum mores sunt parum sani, aut sancti. Agnouit hoc eti-
 am Concilium Tridentinum, quod in causa fuit, ut Synodus illa tam
 multa in singulis ferè sessionibus, ediderit de reformatione decretas:
 quæ si excutioni non sunt mandata, hominum moribus & temporum
 iniquitatibus, non Ecclesiæ Catholicæ adscribendum est.

20.

NVllum, aīs, tam crassæ idololatriæ genus est, nulla tam Mendaciū
 abominanda superstitionis, quam non Arturus iste defen-
 dat, quam non licitam populo Christiano doceat. **H**oc ita
 clarum est mendacium ut responsum non mereatur. **A**t tamen se
 ita est Volane, dic nobis ut verus Euangelicus vis haberi, ubi ille do-
 cuit, adorare aut inuocare Iouem, Herculem, Apollinem, Venerem,
 ut olim faciebant gentiles: ubi docuit parentes sacrificare sanguinem
 filiorum & filiarum suarum Dæmonijs: ut aliquando faciebant Israe-
 litæ & Gentiles: ubi docuit Christianos colere Deum ritu Iudeorum
 Sabbatum obseruando, & filios circumcidendo. Denique ubi Ar-
 turus te docuit tuam superstitionem, ut pecunia tua perdita, furem
 explorares, dando illi ad comedendum cum notis nescio quibus su-
 perstitione impressis caseum? **H**æc & idem genus innumera sunt
 que nunq̄ docuit Arturus. Impudenter ergo mentiris, dum eum do-
 cuiisse licitam esse omnem superstitionem ac idololatriam offeris: imo
 tantum abest ut hoc docuerit, ut tu cum toto grege Carnificum & Mi-
 nistellorum tuorum ne vnam quidem superstitionem, vel idololatri-
 am quam ille docuerit possis ostendere: sed facilius fuit rusticitati
 tue, eius assertiones carpere quam refutare.

21.

Esuitæ, inquis, cum Legatis Pontificijs habent consultatio- Mendaciū
 nes, vt quas iniustè se cernunt habere possessiones; omni vi
 retineant. Tantum trii sunt hic Volane tetra ac putida mendacia,
 que nec tu, nec tuorum quispiam unquam probare potest. Ostende
Volane
 D iij

22.

Volane si potes ubi, quando, cum quo Legato Pontificio & quibus presentibus ac audientibus hac de re consultationes ab eis sunt habitae? Monstra nobis qui sunt isti Iesuitæ. & ubi terrarum manent, & quas opes iniuste possident: ostende ubi, quando & quomodo per vim opes iniustas retinere conati sunt. & in quos illam vim exercuerunt? Scias tam longe abesse Iesuitas à retinendis bonis iniustis per vim, ve si tu in legitimo iudicio ostendere possis eos talia bona habere, statim ea in manus Regis aut Reipub. sint resignaturi. Certe si libera donatio Regum & Principum non legitimè transferat dominium; & Le gulee Veterator, caue ne iniuste tua prædiola possideas. I enim titulo non possides tu tua, quam illi sua: sed rancor ille corru quem vbiunque potes in Iesuitas eructas, clare ostendit te non eff lictum, ne Iesuitæ iniustas opes possideant, sed potius ne ullas o no habeant. Velles forte ut omnia devoluerentur ad fiscum & trem illum Stanislai Leopoliensis: aut quem recens accersisti vestram Synagogam Danielis Ilouij, qui omnes tetricas quasuis se Etas iam est peruagatus. Strides miser ac fremis, quod Iesuitæ sic per Lithuania cum magno multorum fructu spirituali dilatantur. Vides miser stantibus illis in regno Christi tuum Calvinismum rueret, (quod nuper tua stulta & inepta oratione deplorasisti:) idcirco vbiunque potes in illos maledicam linguam tuam exeris, & vbi se offert occasio, incitas alios ad eos quoque persequendos, ut ex varijs locis scurrilis & maledicæ Apologie tua ostendi facile potest.

Mendaciū Iesuitæ, inquis, quia in regno Christi stare non possunt, de
23. doctrina eius extirpanda; & pijs omnibus exterminandis rationes omnes ineunt. Ringitur iste summus Lithuaniae Anti christus, quod Iesuitæ viuant super terram, Atqui stant Volane Iesuitæ in Regno Christi, & per Dei gratiam deinceps stabunt frenente tuo Diabolo cum omnibus Satellitibus, Lutheranis, & Calvinistis. Stabunt illi in Regno Christi, quando tu nisi resipiscas, infelix in inferno cum tuo, & mendacijs parente Diabolo, torquerebere, stante illi, dum tui cadunt ex regno Diaboli in Regnum Christi: quod ex oratione

oratione et manifestum est. De doctrina Christi extirpanda non cogitaret illi, at de ea per orbem uniuersum plantanda, & disseminanda serio cogitant: atque ob hanc causam profecti sunt ad Indias tam orientis quam occidentis Solis: ad Sinas, ad Iaponios, qui si Hispanos spectes omnino sunt Antipodes: dum interim tui Ventripotentes Ministri, stertunt, ac in popinis, gurgustijsq; inebriantur, fædæq; vacat libidini. De doctrina Christi extirpanda non cogitant quidem Iesuitæ: sed serio cogitauit ille tuus Euangelicus frater qui scripsit illum horrendum dictu libru de tribus impostoribus Moysè, Christo & Macho-

ne: serio etiam cogitauit tuus Caluinus qui Christum negat esse Deum quod consequens est esse filium Dei, qui que Christum afferunt pessime desperasse. O quot sunt Volane e tuis fratribus Anabaptistis, Arrianis, Ebionitis, Trinitarijs, qui non solum Christum

Spiritum sanctum & ipsam negant Trinitatem. Quid ob
lige de Christo aut eius doctrina in Iesuitarum libris unquam legisti... quid vidisti? An non potius duo doctissimi Iesuitæ, Bellarminus in I. Disputationum tomo, & Gregorius de Valentia quinque libris de Trinitate egregie pro Christi gloria, & dignitate, doctrina ac diuinitate contra tuos fratres Trinitarios, Arrianos, & Anabaptistas scriperunt? Vbi clare ostendunt vos quoq; Caluinistas & Lutheranos manifestos esse Arrianos. Si de doctrina Christi extirpanda ut tu blateras serio cogitareret Iesuitæ; facile, facile, crede mihi fuisset vobiscum Christum negare, nec esset opus tanto labore pro Christi Deitate ac doctrina defendenda contra fratres tuos scribere. Sed amabo te Volane, quando vero tu probabis, Iesuitas rationes omnes, vel aliquas, de piis omnibus extirpandis iniuisse? Dic obsecro quādo, ubi, & quibus cum isthac egerunt Iesuitæ: dic nobis quis vidit, qui audiuit, quis scripsit, quis narrauit? Sed in primis quero ex te, qui nam sunt isti pii de quibus loqueris? Sunt ne pii Lutherani, vel pii Caluinista, vel pii Anabaptista, vel deniq; pii Arriani aut Trinitariorum? O homo sanguinarie si tui sanguinolenti Caluinista non sapient ut plures iniussent rationes de piis omnibus exterminandis, quam Iesuitæ:

Lib. I. Instit.
cap. 8 par. 23
In Harm. in
27. Math.

suitæ: fortassis hodie viueret multa millia Sacerdotum, ac Monacho-
rum, quos tui Calvinistæ immanni et plusquam Turcica barbarie in Gal-
lijs & Belgio trucidarunt: hodie viuerent illi quadraginta Iesuitæ
quos nauigantes in Brasiliam, ut barbaris illis Antropophagi Chri-
stum prædicarent, tui Calvinistæ crudeliter uno die mactarunt: Ho-
die viueret Edmundus Campianus ac multi alij optimi Catholici, in
quorum sanguine illa impia Iezabel Anglicana manus suas crudeles
lanit. Num si potes ostende Iesuitam qui aliquem ex tuis trucida-
uit: at unus tuus Calvinista Iacobus Soria uno die quadraginta Iesuitas
Huius anno perdidit, occidit, mactauit. Et tamen audes os impudens afferere
1571. Iesuitas de pjs omnibus exterminandis rationes omnes inire: & tria
mendacia putida in tribus lineis effutare.

Mendaciū 24. **Q**uo inquis, die Rex idololatricam Missæ cæremoniam in
templo peragi spectat, quo aures veritatem Euangelicam
Iesuastro oppugnanti accommodat, in eum subito incidit mor-
bum, qui paucis post diebus nullo dato pænitentiæ spacio
eum interermit. Quando vix mentiendi finem facies Volane?
Cui obsecro hominum generi hac tenus mentiendo & maledicendo pe-
percisti: nunc autem quasi omnia mendacia hucusq; commemorata nō
sufficerent, ad exemplardam tuam mentiendi & conuictandi libidinem,
& ad probandum te esse Patris mendacij filiū? Ad ipsum Regem et
principem populi maledicendum linguam tuam maledicam conuertis:
& tria mendacia impudentissima effuis. Primum est Regem eo die
quo Missam in templo audiuit incidisse in morbum. Id vero menda-
cium esse apertissimum, tu ipse videre potes, apud excellentijs. Do-
ctorem D. Symonium in historia mortis eiusdem Regis nuper impressa:
vbi ille qui Regis erat Medicus, & Regi sano, & ægro, et morienti ad-
fuit, refert Regem in morbum incidisse tertio Decembris, quo die in
templo non fuerat, sed in campis. Secundum est illum eo die capi-
se ægrotare quo Iesuastro concionanti aures accommodauit: at ex eodem
D. Symonio aduertere potes Regem tota die fuisse in venatione, nec
ullam tertio Decembris audisse concionem. Tertium: merbum nul-
lum Re-

lum Regi dedisse p^{re}nitentia^e spaciū. Quod falsissimum esse idem docet Symonius. Nocte, ait ille, quae funestum præcessit diemi, totoq; hoc suspirans, Dei auxilium atque opem submissa quidem, sed exaudibili voce, sublatis in cælum oculis frequenter implorabat. O ingratitudinem tuam Volane, ista^e sunt gratiae quas Regi tuo de te nimis benè merito persoluis: Ille te in suorum secretariorum numerum admisit, nec sati perpendit, te à multo tempore antea fuisse Diaboli secretarium, cuius secreta passim in tuis virulentis scriptis blasphemō ore eructas. Tu vero nunc gratiarum loco eum idololatram vocas, & veluti Ethnicum sine p^{re}nitentia mortuum mentiris.

PAULUS, aīs, tertius, filiam simul nurum & vxorem habuisse Mendaciū scribitur. A quo scribitur? A Sleidano, inquit, non te pudet. Volane tue ipsius pulcherrimæ veritatis, Sleidanum hominem mendacissimum, & qui te in mentiendi libidine tantum non superat, testem dare. Eius mendacia legere apud Surium in Commentario rerū in orbe gestarum potes, & apud Alanum Copum, in Dislogis maxime vero, in Dialogo sexto, cap. 34. ubi refert Bartholomeum Latomum scripsisse historiam de undecim millibus mendaciorum Sleidani. Genebrardus porrò in Epistola ad Daneum de tuo isto veraci historico sic ait. Spurius ille Sleidanus historiam nostrorum temporum retulit, quam Cardillus & Latomus de undecim millibus mendaciorum inscribendam docuerunt, propter apertam scriptoris falsitatem, de qua apud Carolum imperatorem accusatus Basileam euadens paulò post desperatione, rædio, & miseria, fædam mendacijs animam exhalat. Encomiastes Lutheri verius quam historicus imposturarum innumerabilium conuictus à Gropperio, Fontano, Gennepao, Lindano, Copo, Staphilo, Bilicio, Surio, Pontano. **A**nne vides Volane quam egregie mendax sit ius Sleidanus? Sed unde Sleidanus has sordes mutuatus est? nonne ex Bernardino Ochino, qui vix Deum credidit esse, & graues circas singulas personas

Trinitatis (ut docet Hieronymus Zanchius de tribus Elchim parte 2.) errores habuit, propter quos ille vocat eum Antichristum pag. 175. Is te dignus inuentus est qui sit huius fabulae author, Seā quid si tuus ille nobilis historicus hoc non habeat? & certe non habet: proinde es bis mendax: semel quod tale mendacium finxeris: iterum quod à me de hoc mendacio pag. 30. admonitus, ausus es illud mendaciter confirmare auctoritate mendacis Sleidari, qui hoc ut dixi non habet. Ego Sleidanum aliquoties idq; in diuersis editionibus legi, nec tamen hoc in eo inuenio. Tu si potes librum & verba Sleidani tui profer, ut te verum, me falsum assertorem probes. Esto vero sane, habeat hoc Sleidanus, quid contra nos? Nam scias, nos Romanorum Pontificum male facta, vel dicta nec approbare, nec defendere. Nec si quæ ille gessisset ante pontificatum, essent illi ut Pontifici adscribenda: cum Onuphrius longe plane diuersa narret in vita eius. Sed o bone vir ego pag. 30. ex 1. lib. Sanderi viri celeberrimi ac doctissimi de schismate Anglorum opposueram tibi, Elizabetam Anglicanæ Synagogæ caput, natam ex Anna Bolena sorore sua filia Henrici octaua, quæ prius propter prostitutam libidinem in Gallia & Arglia dicta est Mula Regis Gallie, & Equa Anglicana. Genita vero est ab Henrico octauo qui fuit ei simul pater & avus: sicut Anna Bolena fuit illi simul mater & soror. Ex huius impuræ meretricis lumbis prodidit, ait Sanderus, istud præclarum vestrum Euangelium, quod modo floret in Anglia. Sed ad hoc tu miser ut soles cibmutuisti, nisi quod murmuras de Sandero quem tu nempe rusticus ruri delitescens, vix nosse de nomine videris.

Mendaciū 26. **T**Axa, inquit, Apostolica docet, quam non magni criminis loco omnem incastum isti reputant, qui faedū cōcubitum cum matre, sorore, quauis consanguinea, aut affini non nisi quinque grossis redimendum statuunt. Proficit aduersarius nullumque finem mentiendi facit. Quis te docuit tam impudenter, ac Diabolice mentiri nisi teter ille mendaciorum pater, & Magister Diabolus? Si igitur non vis haberi mendacissimus, impudentissimus impo-

impostor, idque in omnes æternitates: profer vel unicum auctorem,
 apud quem ista taxa Apostolica quinque grossorum, pro quo quis incæ-
 stu reperiri ac legi à quoqua possit. Ego tibi seuerissimā taxā pæni-
 tentiarā fol. 28 ex Brughardo lib. 19. Decretorū de pænitentia attu-
 li. Fecisti, inquit, taxa fornicationem cū sorore tua, pænitentias
 deceas annos, si cū matre quindecim annos p legittimas ferias: &
 vnum ex his in pane & aqua, & quam diu viues pænitentiam
 ages, & sis sine spe coiugij. Quid ergo profuit te tā insigniter hor-
 rendis mendacijs ac fabulis sanctissima Pontif. decreta contaminare?
 Sed fuisti in tua Apostolica incredibilis impudentia: iam vero in hac
 tua stolida ac virulenta response, quid? nunquid admonitus ad cor
 redijisti? hoc vero tantum abest ut feceris, ut potius notam prius omni-
 bus tuam impudentiam notiorem multò reddideris. Sed quid moror
 quominus id quod dico ostendo? Pergo igitur. Omnes fere veteres
 (ait Calvinus lib. 3. Instit. Parag. 38. Cap. 4.) quorū libri extāt,
 aut in hac parte lapsi sūt, scilicet ubi de satisfactione agitur: aut ni-
 mis aspere & dure locuti sunt. Falleris Caluine, ecce Volanus tui
 Euangeliū baiulus inuenit taxam quam vocat Apostolicam, quæ multo
 mitius ac blandius hac dere loquitur quā tu dixisti; et studio menti-
 endi se ait dixisse nihil: sed quæ in multis scriptorib⁹ legit, hæc
 totidem verbis exarasse. Quid igitur aliud restat, nisi ut aut Calui-
 num Euangelistam, aut Volanum eius fidem discipulum mendacij ar-
 guamus? Sed agé Andrea profer tuos bonos quos appellas authores?
 Parturiūt montes nascitur ridiculus mus. Ait se toties legisse quod ne
 semel in vita legit. Et pro multis authoribus vnum eumq; suspe&cte si-
 dei Musculum mihi obrudit. De quo etiam impudenter more suo E-
 uangelico mentitus est. Nam Musculus in locis Com. non ait incæstū
 redimendum quinque grossis, sed summam Turon. 36. Et Ducat. 3.
 soluendam esse pro absolutione in foro exteriori, Et dispensatione ad
 ordines ac beneficia. Certe peccata quævis redimi et remitti, non quin-
 que grossis, ut mendaciter ait, sed tantummodo per veram pænitentiā
 hoc est Contritionem, Confessionem & satisfactionem in virtute san-
 guinis

guinis & mortis Christi, dogma est adeo certum apud Catholicos, ut nihil sit certius: tamquam cum apud omnes, ut mirarer hoc Volanum ignorare, nisi scire illum valde occupatum esse in bobus stabulandis, agris stercorandis, & vroribus ducendis. An non tu mirabilis es Arithmeticus, qui tanta dexteritate mentiendi, reduxisti Turon. 36. & Ducat. 3 ad grossos quinque? An non mirabilis es Alchimista, qui tam cito tres Ducatos aureos in grossos quinque argenteos redigest? Triumphet nunc turba Calvinistarum, quod in sua Synagoga tam egregium habeat artificem, qui solo verbo mendaci aurum potest mutare in argentum: & ex Ducatis tribus grossos conficiere quinque. Itaque ad huc Volane a te unum testem expeditamus, qui offerat hoc tuum mendacium de quinque grossis in Taxa penitentiaria sive Apostolica constitutis pro incestu. Et ut tibi dicam quod sentio, est mihi Musculus tuus valde suspicetus non de uno, sed de pluribus mendacijs. Primo quia de grege est Calvinistarum seu Evangelicorum, quorum proprium est, ita in scriptis suis mentiri ut mirum sit aliquando vera illos loqui. Tam enim vos viri Euangelici felices estis in mendacijs confingendis, ut tantum ipsum Diabolum parentem vestrum in mentiendo non superetis. Hinc Bellarminus ex uno Concordie Bergen, lib. sexaginta septem crassa, tetra, putida mendacia nuper collegit & solidè in iudicio de libro Concordie confutavit. Deinde, quia nullum prodit auctorē illius quam adfert nundinationis Romanae, nec vel uno verbo significat unde eam accepit, aut ubi inueniri possit: nec ego uspiam possum reperire quantum & Summistas & Canonistas, & Decreta ac Decretalia Romanorum Pontificum euoluerim. Tertiò quia ponit ille taxas pecuniarias graues pro absolutione a varijs peccatis etiam in foro conscientiae; quod est prorsus contra decreta Romanorum Pontificum & Contiliorum: contra omnem proximam & consuetudinem Romanae Ecclesiae, tam in Urbe quam in Orbe. Quodsi aliquando contrarium forte ab aliquibus fiat, illud sane non est ex prescriptione taxæ alicuius Apostolice seu penitentiarie: sed ex malitia, avaritia, & mero abuso delinquentium; quem nos defendere vel approbare nullo modo possumus, nec volumus.

LEsuitæ, inquit, sunt segni otio dediti; At hoc ipsum mendacium tu ipse illico refellis cum subdis; eos in amplissimis vrbibus nidos extruere: ex vna in aliam perpetuo discurrere, & pacem Rerum pub. & sanæ religionis vbiqz quantum in ipsis est perturbare. An hæc sunt exercitia hominum otiosorum? Homines otiosi libenter in nidis suis quiescunt; & non ex urbe in urbem discurrunt ut pacem perturbent: quia hæc exercitia otium prorsus excludunt. Vtinam tui Sanguinarij Caluinistæ essent magis, quam sunt otiosi; non ita Gallia & Belgijm perturbarent, sicut his viginti & amplius annis fecerunt, omnia sanguine ac cæde innocentum complectentes, ut quiuis potest apud Surium & alios legere. Imò Volane unus ex suis Caluinistis vsq Constantinopolim ad Turcarum Imperatorem discurrit, & per maiorem Bassam conatus est auxilium pro suis Caluinistis in Gallia, contra proprium Regem suum, obtinere. Præcipuum eius argumentum, quo Turci id voluit presuadere fuit, religionem pro qua Caluinistæ depugnant Turci & valde esse persimilem. Extat hic de re Venetijs impressa cuiusdam Veneti Constantinopolitensis Epistola, cuius mentionem fieri, in Commentarijs Surij inuenies. Pari Zelo & devotione scripserunt Lutherari ad Turcarum Bassam Budensem, vt Cæsar's ditiones inuaderet, vt ipsi interim quintum suum Euangelium facilius promouerent, ac dilataarent, quod refert Staphylus in defensione sua contra Lutheranos. Vos credo Volane libenter videretis Iesuitas segni otio deditos. Plus enim credo, quād tu velles, sunt occupati, in vestro Euangeliō per gladium spiritus, & verbi oppugnando atqz extirpando; in vestris erroribus, scriptis, ac concionibus confundandis: in vestris mendacijs, ac conuictijs de pellendis. Nec sane (quod Deo Opt. Max. acceptum referimus) infeliciter. Id enim plurimorum ad fidem Catholicam conuersio eorum opera facta ostendit, quod nec tu miser ignoras. Quid enim aliud in bella illa tua ad Conuersos nuper edita oratione deploras? Sunt illi Volane occupati, & ita occupati, ut durantibus his operarijs, ac eorum studijs, vestrum Euangeliū ruat necesse est. Sed prodis vel tuam Diaboli-

Anno 1568.
pag 250.

cam maliciam, vel rusticam ignorantiam, dum offerunt eos esse inertio-
tio deditos, quos constat praedicandi Euangeli causa itinera longissi-
ma, & periculosisima, terra mariq[ue] ad Indias Orientis, & occiden-
tis Solis, imo usq[ue] ad ipsos Antipodas suscipere. Nunquid otiosi di-
cendi sunt, qui omnem vitam consumunt verbum Dei praedicando, in
templo, in carceribus, in plateis: qui toti, sunt in iuuentute litteris &
pietate informanda: qui quotidie sunt occupati in Confessionibus tam
sanorum quam agrorum; tam liberorum quam vindictorum audiendis:
ut alia prope innumera pietatis exercitia, in quibus quotidie cum ma-
gno Catholicorum auxilio, utilitate, consolatione, hereticorum vero
ruina, fremitu[m], murmuratione ac dolore, strenue versantur, omittam.
An non vos ipsi gloriari soletis aliquando: nisi Iesuitae suos supposui-
sent humeros, iampridem futurum fuisse, ut Papatus totus vestri E-
uangelij gladio deuictus ac prostratus iacuisset? Hoccine tu homi-
num inertio otio deditorum opus esse arbitraris: mihi crede Volane non
otiosorum fuerat Papatum, vestro iudicio iam penè collapsum fulcire,
& in pristinum statum quodammodo adducere. Quid si à Iesuitis
præstitum dicitis, quomodo tu Iesuitas segni otio deditos calumnia-
ris? Tui, tui inquam infelicissime Archimimister gareones quinti E-
uangelij ministri inertissimo otio dediti vivunt, ventres pigri, rutilia-
mo noxia sunt terræ pondera, qui ubi quotidie in Pontificem, clerū,
Ecclesiāq[ue] Christi sponsam apud vulgus imperitum, apud homines
vitijs oneratas habentes conscientias: ineptissime & mendacissime
ineucti fuerint, ministerio se suo, satisfacte arbitrantur. Reliquum
quod superest, non certe in docendo, scribendo, precibus ad Deum
fundendis, proximis iuandis, sed vel in otio desidiosissimo, vel conui-
uijs & compotationibus, vel uxoribus & liberis curandis, aut quaestu
augendo, opibusq[ue] cumulandis insunt.

Mendaciū Iesuitæ, inquis, quosuis spoliant auro & argento. Qua fronte
28. Ihc dicitis Volane, quod toti orbi constat esse putidissimum mendaci-
um. Ringitur ista bellua Calvinistica, quod Iesuitæ habeant aliquid
unde vita necessaria subministrent. Vixi ego in hac amplissima urbe
eredecius

tredecim annos sub eorum disciplina, et cum sint in Urbe hac tot milia hominum, tot Catholici, tot Schismatici, tot Lutherani, & Calvinistæ, tot Anabaptistæ, tot Arriani, tot Iudei, tot Mosci, tot Tartari, tot gentes & nationes; nuncquam audiui vel unum conquerentem, se à Iesuitis spoliatum suo auro vel argento. Appello igitur totam hanc ciuitatem amplissimum ac euangelicum mendacium. Sane si quosvis nullo excepto, lesuitæ spoliant auro & argento, permirum est tuos Calvinistas, præter morem suum, tanta ut patientia, ut se ab illis spoliari si-
nant. Mirum sane est ab illis tam diu spoliatores istos tam patien-
ter in ciuitatibus et oppidis suis tolerari. Sed dic mihi Volane per tu-
am fidem Euangelicam quando te vel tuos ventripotentes fratres Io-
bum & Stanislau vel unico obolo spoliarunt? Utinam tui Euangeli-
ci fratres non magis spoliassent Ecclesiæ Catholicorum, multis cente-
nis millionibus auri & argenti per Europam, quam lesuitæ homines
auro & argento spoliarunt. Profecto nec tot Ecclesiæ per orbem
terrarium spoliatas, profanatas, & deuostatas audiremus, rideremus,
doleremus: nec tuos istos Euangelicos prædones, præcones dicere vo-
lebam, tam diuites cerneremus, atque nunc oculis usurpamus. Sed quo-
re Volane conquereris tu (falso tamen) Iesuitas quosvis auro & ar-
gento spoliare, cum tui fratres Calvinistæ, quadraginta Iesuitas uno
die, non auro & argento, sed sanguine, anima, & vita, nec solum
Iesuitas sed præterea multa millia Sacerdotum & Monachorum in
Gallia, & Belgio crudeliter spoliarint?

Pontifex, ait, Romanus nullo Dei instituto, sed malis om- Mendaciū
nibus artibus istum in Ecclesia principatum obtinuit. 29.
Multæ dicas, sed nihil probas. Enumera nobis si potes aliquas saltim
ex his malis artibus. Quæ quot haec tenus ex tuis Calvinistis has artes
enumerare tentarunt, decepti sunt in suo computo: caue ne idem tibi
contingat. Ex alijs tuis & tuorum scriptis conijcio quid velis, nem-
pe Bonifacium 3. à Phoca Imperatore malis artibus hunc extorsisse
principatum. Sed grauiter erras Volane, nam longè ante Phocam habu-
it Roman.

In Authent. it Romanus Pontifex totius Ecclesiæ principatum. Iustinianus Imperator septuaginta ad minus annos ante Phocam; cum fecisset menti-
 Collat. 9. onem quatuor primorum Conciliorum generalium; mox illa subiungit
 Tit. 6. verba; Sancimus, inquit, secundum eorum definitiones san-
 ctissimum Senioris Romæ Papam, primum esse omnium Sa-
 cerdotum. Fuerunt autem in quatuor illis Concilijs supra mille E-
 piscoli: cum ergo tot Episcopi hanc rem definierint: certe necesse est
 hoc Rom. Pont. priuilegium esse antiquissimum & multis testibus,
 iisq; idoneis confirmatum, & quidem aliquot centenis annorum ante
 Phocam. Idem Imperator Epistola ad Iohannem 2. affirmat Ro-
 manam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum. Et Valentinius
 qui Phocam 140. annis præcessit in Epistola ad Theodosium assertit
 Romanum Pontificem principatum sacerdotij super omnes habuisse.
 Et Irenæus lib. 3. cap. 3. Ad hanc Ecclesiam propter potentio-
 rem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam,
 hoc est eos qui vndeque sunt fideles. Non propter potentiorem prin-
 cipalitatem Imp. qui tunc erat Ethnicus ac Tyrannus, sed ob potenti-
 orem principalitatem Summi Pontificis in rebus Ecclesiasticis, et re-
 gimine Ecclesiæ. Victor Vticensis, lib. 2. de persecutione Vandalica,
 Romanam Ecclesiam appellat caput omnium Ecclesiarum. Theodo-
 retus in Epistola ad Renatum Presbyterum Romanum, ait: Tenet
 ista sedes gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum.
 Aduertisne Volane ad Romanum Pontificem pertinere omnium totius
 Orbis Ecclesiarum regimen? Et Paschasius in Con. Chalcedonen.
 Actione prima. Romanum Pontificem appellat caput omnium Eccle-
 siarum: Et hi quidem omnes longe ante Phocæ tempora vixerunt.
 Mendacium ergo est quod tuus Caluinus lib. 4. Institut. cap. 4. Par-
 rag. 17. ait primatum Rom. Ponti. in Græcos donatum fuisse à Pho-
 ca Imperatore. Nam certum est ex lib. 7. Epistola 63. Gregorij, qui
 Phocam aliquot annis præcessit; Ecclesiam Græcam Gregorio super
 stite, fuisse Rom. Pont. subiecta. Sic enim ibidem ait Gregor. De sede
 Constantinopol, quis dubitat, eam Apostolicæ sedi subiectat
 quod &

quod & Imp. & Eusebius eiusdem ciuitatis Episcopus assidue
proficentur. Cum igitur Patriarcha Constantinop. Vniuersalis E-
piscopi. & primum sibi in Ecclesia locum assumere conaretur. & hac
ratione contentio grauis orta esset inter Romanam sedem & Constan-
tinop. impetravit Bonifacius à Phoca, ut Romana Ecclesia, quæ est
caput omnium Ecclesiarum, ita deinceps ab omnibus & diceretur &
haheretur. Et ita ait expressè Platina in vita Bonifacij 3. & Ono-
phrius in Annot. in Platina ibidem. Phocas igitur id sanxit, decla-
rando & asserendo, & litem terminando: non aliquid noui institu-
endo, vel dando Rom. Pontifici: ut ex Greg. loco citato patet. Quod.
Si nobis non credis Volane, saltem crede tuis magistris Magdeburgen.
qui Centuria 5 cap. 7. col. 774. & sequentibus clare ostendunt, Rom.
Pont. hanc tam amplam potestatem quā modo habent, circa Ecclesia-
rum regimen, & habuisse & exercuisse multo ante Gregorium, vel
Phocam, quinto nimirum seculo post Christum. Et Centuria 6. cap.
7. col. 424. & sequent. similia habent de Pontif. Rom. illius saeculi.
Sed et Petrus Martyr, in cap. 8. Iudicum, de Greg. quem toties contra
Pontif. autoritatem citatis, sic ait: Gregorius hic sanctulus vo-
luit rem ipsam vniuersalis Episcopi habere, quamvis nomen
& titulum perstringeret. Nam ut historia illorum tempo-
rum docet, & eius Epistolæ testantur, ab alijs Ecclesiis guber-
nandis non abstinebat. Iudicabat quidem à nomine tempe-
randum, ne scilicet Patriarcha Constantinop. eo titulo se Ro-
man. Episcopo, vel præponeret, vel æquaret. Et Andreas
Fricius lib. 2. de Ecclesia, cap. 10. declarat sensum Greg. esse, quod
qui vocat se vniuersalem Episcopum, vocet se solum Episcopum, &
ausferat alijs Episcopalem potestatem. Et addit, Gregorium modis
omnibus probare primatum ex verbo Dei expresso, licet nomen uni-
uersalis Episcopi vituperet. Præterea post annum 670. diu post
tempora Phocæ cel. bratum est Concil. Generale: quod ipsimet vestri
heretici, ut sacrosanctum recipiunt, ut ex Confessione Tigurinorum
& Centurijs Magdeburgen, constat. In eo autem Conc. præcipue

Rom. Pontif. Agationis partes fuerunt. Nam eius sententiam per legatos & Epistolam explicatam omnes secuti sunt, ut prolixè describunt Centuriatores Cent. 7. cap. 9. Vel ergo Papa nondum erat Antichristus, vel certè tota Ecclesia cum sancto generali Conc. Antichristum venerata & secuta est. Mendacium igitur est crassum & putidum Volani & suorum Calvinistarum, Papam tum cæpisse esse Antichristum, cum à Phoca principatus illius, contra Græcos defensus fuit.

Mendaciū
30.

Longa, inquis, hominum series sub Antichristi nomine desi-
gnatur, & maior Ecclesiæ ruina prædicitur, quām tā factus
ille & triennis, nescio quis Antichristus ex tribu Dan edere
possit. Tria hīc sunt putida mendacia. Primū Antichristi nomi-
ne seriem hominum significari: secundum Antichristum triennem,
esse siēlum: tertium non oriundum ex tribu Dan. Porro ut tuum
hoc tripartitum mandacium melius cognoscas, illud mente completere,
quod sicut nomen Christi accipitur dupliciter: interdum propriè,
pro quodam eximio & singūlari Christo, qui est Iesu Nazarenus;
interdum communiter pro his omnibus qui cum Christo similitudi-
nem eō quod vñcti sint, habent; cuiusmodi sunt Prophetæ Reges &
omnes Sacerdotes: qui ob dictam causam, Christi (Psal. 104.) dicun-
tur. Nolite tangere Christos meos: Ita nomen Antichristi, inter-
dū accipitur propriè, pro quodam eximio hoste Christi, de quo agitur
2. Tbeſſ. 2. Interdum vero communiter pro omnibus, qui quo quomodo
Christum oppugnant. Et 1. Iohannis 2. Audistis quia Antichri-
stus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt: ac si dicat; Audi-
stis venturum Antichristum, & nunc licet ille singularis Antichri-
stus nondum venerit, tamen multi seductores iam venerunt, qui etiam
Antichristi dici possint. Iam vero Antichristum futurū vñū cer-
tum, ac singularem hominem, & tres tantum annos cū medio regnati-
rum, docent omnes scripturæ & omnes Patres, qui de Antichristo a-
gunt. Nā Iohan. 5. dicit Dominus. Ego veni in nomine Patris mei &
nō recepiſtis me, si alius venerit in nomine suo, illum recipietis. Hīc
Dominus

Dominus opponit sibi alium hominem, hoc est personæ personam: non regnum regno, neque sectam sectæ, quod voces illæ: Ego, Alius: In nomine meo, In nomine suo: me, illum: indicant. Sicut ergo Christus unus & singularis homo fuit; ita & Antichristus unus & singularis homo erit. Deinde Christus hic dicit Antichristum à Iudeis pro Messia accipiendum. Constat autem Iudeos unum, certum & singularem hominem expectare, non autem aliquorum successio-
nem vel sectam aut regnum. Rursus omnes falsi Prophetæ venerunt in nomine alterius, non in nomine suo. Hier. 14. Falsi Prophetæ va-
ticanunt in nomine meo: non misi eos & cet. At hic Dominus lo-
quitur, de uno quodam qui venit in nomine suo, id est qui non agnosceret
Deum aliquem, sed extolleat se supra omne quod est Deus. Rursum
I. Iohann. 2, legimus in Græco articulum præponi Antichristo pro-
priè dicto; sine articulo vero efferrri nomen Antichristi communi-
ter accepti, quo apertissimè indicatur, Antichristum propriè dictum
esse unam personam certam: Antichristum communiter acceptum, non
esse certam personam, sed in genere omnes hæreticos. Simili modo
Paulus 2. Thess. 2. loquitur de certa quadam & singulari persona, ut
patet ex articulis græcis. Ut enim, Epiphanius hæresi 9. docet,
Articuli Græci contrahunt significationem ad unam rem certam, ita
ut antropos significet hominem in communi: at o antropos homi-
nem singularem: quod mirum est illos tuos quos alibi iactas Græcu-
los non aduertisse. Non venit dies Domini, ait Apostolus, nisi re-
uelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Si secta quedam &
plurium successio est Antichristus: cur hominem & non homines, fi-
lium & non filios perditionis vocat Apostolus? Absurdum est
autem dicere in tanto numero Romanorum Pontif. omnes esse homi-
nes peccati, omnes filios perditionis, cùm ipsi aduersarij nostri non
diffiteantur multos fuisse, qui vita innocentia, egregia doctrina, be-
neque faciendi studio omnibus sæculis claruerunt. Præterea, semper
fuerunt Romani Pontifices, quod vel sole ipso clarius est. At sem-
per nec esse potuit, nec debuit Antichristus, siue is homo constituantur

aliquis, siue series quædā hominūq; secta. Homo certus semper esse nō potuit, quia mortalium condicio in nullo, ab orbe condito, tot annos admisit, quòd illi Antichristi durationi ascribunt. Secta esse non debuit, quia cùm vires eius essent maximæ, ante suis et fides extincta, quædam propagata. Erit enim illis diebus tribulatio tanta quanta non fuit vñquam Math. 24. Deniq; hanc de Antichristi certa persona omnium patrum esse sententiam illud probat, quòd ipsius certam patriam, certam tribum, certas res gestas, breuissimum regnum, insperatum interitum descripsérunt: ut omnia non nisi in certam definitamq; personam conferri possint. Patres sunt Chrysostomus in 2 Thes. 2 Hieronymus & Theodoretus in 7. cap. Danielis, Irenæus §. contra hæreses, Cyrillus cathechesi 15. Ambrosius in 21. Lucæ August. 20. Ciuitat. à cap. 8. Gregorius lib. 22. Moralium. Certum est ex cap. §. Iohannis, Iudeos Antichristum velut Messiam suum recepturos: illi autem non recipient alium Messiam nisi quem Iudeum ex Iudeis natum credant. Vnde Hieronymus in cap. II. Dan. Antichristus nasciturus est de populo Iudeorum, & non ex tribu Iuda. Irenæus lib. §. contra hæreses; Hieremias inquit, tribum ex qua veniet Antichristus manifestauit dicens; Ex Dan audiuimus velocitatem equorum eius; & propter hoc non annumeratur hæc tribus in Apocalipsi in his quæ saluantur. Hæc ille. Hippolitus de consu-matione mundi; Antichristus, inquit, certè nascetur ex tribu Dan. Et mox, ut ex tribu Iuda natus est Christus; ita nascetur ex tribu Dan Antichristus. Ambrosius de benedictione Patriarch. cap. 7. ait; Antichristum futurum ex tribu Dan, sœvum iudicem, immanem tyrannum. Augustinus quoque super Iosue cap. 22. cum Iacob, inquit, benediceret filios Gen. 44. talia dixit de isto Dan ut de ipsa tribu existimetur exurrecturus Antichristus.

Porrò regnum Antichristi trium annorum cum medio futurum colligitur ex Danielis cap. 7. & 12. & Apocalipsi 12 ubi legitimus Antichristi regnum duraturum per tempus & tempora, & dimidium temporis. Per tempus enim intelligitur unus annus, per tempora duo an-

duo anni: per dimidium temporis medius annus. Nam Apocalip.
 II. ¶ 3. dicitur Antichristum regnaturum mensibus quadraginta
 duobus, qui conficiunt tres annos, cum dimidio, computando annos ad
 menses lunares quibus vtebantur Iudei, ut docet Aug. libro 13. Ci-
 uitatis cap. 14. Hieronymus in 7. cap. Danielis; Tempus, inquit,
 annum significat; tempora duos annos praefigurant: dimidium tem-
 poris sex menses, quibus sancti potestati Antichristi permittendi
 sunt. Cyrillus Cathechesi 25. Regnabit, inquit, Antichristus tri-
 bus annis & dimidium tantum, quod didicimus ex Daniele propheta.
 Hec persecutio nouissima, ait, Augustinus 20. Ciuitatis cap. 13. que
 futura est ab Antichristo, sicut apud Danielem prophetam positum
 est, tribus annis et sex mensibus erit. At Rom. Pontifices, non tres
 annos sed 60. & amplius annos, vestram Ecclesiam quam veram es-
 se creditis persecuti sunt; quomodo ergo possunt esse Antichristi?
 Aduerte etiam August. hanc triennem Antichristi persecutionem à
 Daniele positam esse, afferere. Iam tu Volane intellige quidquid
 volueris per tempus & tempora & dimidium temporis; nunquam po-
 teris accommodare ad Pontifices Romanos, maxime ad Bonifacium
 tertium, quem tu arbitraris primum inter Pontifices Antichristum
 propter primatum, (ut singùs à Phoca impetratum). Cum ergo Pa-
 tres tam Græci quam Latini ex ipsis scripturis hauserint, proprie di-
 cūm Antichristum, unum hominem futurum ex Iudeis & ex tribu
 Dan nasciturum & ultra tres annos cum medio non regnaturum: qua
 fronte tu Antichriste Lithuanice audes afferere, aut Romanos Ponti-
 fices esse Antichristos, aut si cūm esse illum trienm Antichristum
 ex tribu Dan futurum? Tu si potes profer scripturas vel patres qui
 contrarium sentiunt. Monstrosa plane opinio est, & à Christo nato
 in Ecclesia inaudita; sub Antichristi nomine longam hominum seriem
 designari: aut ipsum ultra tres annos regnaturum. Vide si placet
 Sanderum lib. 8. da Monarchia visibili, Theses Petri Thirrei Soci-
 etatis Iesu de Antichristo, Robertum Bellarminum I. tomo disputa-
 tionum lib. 3. de Romano Pontifice, apud quos hæc & multo plura

inuenies. Quodsi vetustissimi Patres, ut in *Apologia ais*, per Babilonem ab Apostolo decantatam, non nisi Romam intelligunt, ibique sedem Antichristi futuram testati sunt, cur grex, seu potius fex Calvinistarum negat Petrum fuisse Romæ, cum ipse expresse scribat epistolā suam primam ex Babilone, dicens cap. 5. Salutat vos Ecclesia quæ est in Babilone collecta, & Marcus filius meus. Quem locum Hieronymus de viris Illustribus in *Marco* & Eusebius lib. 2. historiæ Ecclesiasticæ cap. 14. de *Vrbe Roma* interpretantur. Sed age, dic *Volane* qui sunt isti vetustissimi Patres, qui Romam sedem Antichristi futuram clara voce testati sunt? Mirum est id illos tam clara voce esse testatos, nos autem ne semel quidem istam eorum tam claram vocem in tuis scriptis audire posse. Certe Iohannes cum *Apocalipsim* scribebat, per Babilonem non intellexit Romanam Ecclesiā, ut quæ nunquā fuerit magis in doctrina pura, et in vita magis sincera quam *Apostolorum* tempore. Dicta est ergo *Roma Babylon* propter confusionem multitudinis Deorum, ac superstitionum Ethnicarum, ut colligitur ex Leone primo Serm. I. de natali *Apostolorum*.

Mendaciū 31. *Ego, ais*, hanc conditionem lubens suscipio, vt si quid hic finxi, quod approbare nequeam culpam mendaciū iure sustineam. *Et infra ais.* Ego si quid mentiendi libidine hic peccabo; si quidquid non certis testibus referentibus audiui, aut scriptum non legi, id tamen referre audeo, veniam non deprecor. *Hæc tu pro defensione tue Apologiae.* Si ita est *Volane* profer nobis vnum testem, qui afferat taxam pænitentiariam seu *Apostolicam* statuere incestum quinque grossis redimendum: profer nobis verba *Sleidani*, quibus ait Paulum tertium habuisse in uxorem filiam & nurum: profer vnum *Monachum*, qui suæ religionis authorem asseruerit Christo Domino fuisse vitæ sanctitate superiorē: profer vnum *Pontificem* qui *Rhapsodias* illas in nono tuo mendacio cōmemoratas approbauerit, & Christianis sub excommunicationis pæna credendas proposuerit. *Idem* dico de alijs tuis mendacijs. Sed memine-

memineris, testes ut fideles adferas non mendaces & nebulones quales sunt Sleidanus & Illiricus, ut supra abunde ostensum est.

Quod Arturus, inquit, in simili argomento lusit, tu Symia Mendaciū
in tuum Centonem congesisti, alienisq; plumis cornicula
te vestiens in theatrum profiliisti. At mentiris delire senex, E-
go enim, quid Arturus in simili argomento luserit usq; in hodiernum
diem non vidi: multò minus ut tu somnias potui inde aliquid in meum
Centonem congerere. Tu autem ut superiori mendacio patuit, non so-
lum alienis dictis tanquam cornicula alienis plumis vestita, sed etiam
tuis ac alienis mendacijs, velut delirus senex, ornatus in theatrum pro-
filiisti. Si enim omnia quæ tu ex Caluino, Beza, Musculo, Sleida-
no, Balæo & aliis huius farinæ nebulonibus mendacibus in tuos Cento-
nes congesisti, tibi ac tuis scriptis detrahentur, remaneres senex nu-
dus, miser ac miserabilis, ab omnibus merito conspiciendus & exhibi-
landus. Vnde enim nisi à Caluino mutuatus es illa mendacia contra
Patres secundi Nicæni Concilij, de quibus in meis assertionibus copiose
egi ad sempiternam tui nominis ignominiam. Si igitur tibi licuit in
tuos Centones mendacia, ad prime sedis Episcopos infamandos undi-
que cumulare, non video cur mihi non liceret si vellem aliunde in mea
scripta veritates ad illa confutanda conquirere.

Lib. 1. Instit.
cap. 11. para.
14. 15. & 16.

CUltum Dei omnipotentis, aīs, me reuocare ad creaturas Mendaciū
& hominum idola. Quid audio Volane; quæ sordes, quæ i-
dolatria? An non satis evidenter tibi ostendi in meis de imaginibus
assertionibus nos Dei cultum, nec idolis, nec creaturis tribuere. Si il-
la non sufficiunt, ecce tibi ea de re decretum Conc. Tridentini vnuer-
sam repræsentantū Ecclesiam Sess. 25. ubi hæc de imaginibus docet.
Primo eas in templis habendas ac retinendas esse. Secundo non esse
credendum aliquam eis virtutem vel diuinitatem inesse. Tertio per
imagines sanctos quorum sunt imagines adorandos esse: Ibidem do-
cit Sanctorum inuocationem esse ita hominibus inculcandam, ut ta-
men Christus Dominus solus noster redemptor ac salvator credatur:
quod tu soles pro more tuo impudenter negare à Catholicis doceri, vel
credi

credi ut in *Apologia tua*, & passim in hoc scripto tuo appareat: &
Caluinus 4. *Instit.* cap. 7. Parag. 27. idem tecum sentit.

Mendaciū **F**RUSTUM, inquis, panis pro Deo adorant. Hoc mendacium

34.

Fest impudentissimum, & ab Emanuele Vega in Assertionibus luculenter confutatum. Si nos credimus ibi non esse panem: qua fronte, ait, nos panem adorare? Ecclesia Catholica habet pro haereticis eos qui credunt Substantiam panis post consecrationem manere, ut patet ex *Sess. 13. Concil. Trident. Can. 2.* quomodo ergo Ecclesia adorat ibi panem? potestne esse ibi panis ubi non est Substantia panis? potestne homo adorare ibi panem, ubi fides eius illi denunciat non esse panem? Nunquid Christus, hic panis est corpus meum: & non potius, Hoc est corpus meum, dixit? nunquid panis est pro nobis crucifixus? atqui Christus dixit, se discipulis dare ad comedendum illud corpus quod erat crucigendum: quibus verbis, sustulit planè omnem licentiam singendi figuram, aut panem ibi remanere credendi, nisi quis adeo insaniat, ut figuram vel panem pro nobis crucifixum credit.

Mendaciū **N**ON in solo, inquis, mortis Christi sacrificio, sed in meritis

35.

Netiam bonorum operum, & liberi arbitrii salutem constituunt. At *Concil. Trident. Sess. 25.* aperte oit: Christum Dominum esse solum redemptorem ac salvatorem nostrum. Itaq; clare vides & te impudenter, ut soles, mentitum, & nos in Christo solo salutem constituere. Si tu tam es stupidus, ut non intelligas, quomodo merita bonorum operum possint simul consistere cum mortis Christi Sacrificio, dic mihi quomodo cum Christi Sacrificio simul consistat in Christianis necessitas Baptismi & Eucharistie & aliorum Sacramentorum. Dic obsecro quomodo cum illo dicto Apostoli, Soli Deo honor & gloria, consistat aliud eius dictum, Glorio & honor omni operanti bonum? An quia Christus mortuus est nos non debemus ei commori? an quia Christus passus est, nos non debemus compati? an quia ille crucem baiulauit, nos crucem portare non debemus? an quia ille orauit & ieiunauit, nos non debemus ieiunare & orare? an quia ille meritus est, nos mereri non debemus? an quia ille multa bona

1. Thim 1.

Rom. 2.

bona opera fecit, nos nulla facere debemus : Vides ergo opinor, cum Sacrificio crucis Christi, posse nihilominus cōsistere merita nostra; si et cum bonis operibus eius, bona opera nostra: & cum orationibus & ieiunij eius, nostra ieiunia & orationes. Nam omnia opera ac merita nostra sunt potius ipsius Dei, qui est agēs principale, quā nostra: iuxta illud; Omnis opera nostra operatus es in nobis Domine: Et quicquid habet valoris ac meriti apud Deū, ex meritis et sacrificio Crucis habent. Christus enim solus, omnem gratiam & gloriam, nobis apud Patrem suum ēternum meruit, à qua gratia habent vim merita nostra, & sine qua nihil sunt omnia merita nostra. Quantum vero tribuimus meritis & libero arbitrio lege D. Thomam I. 2. q. II 3. et cognoscet: nisi malis semper perseverare in hac stupidis ignorantias tua, & impudentissima mentiendi libidine.

Pontifices, aīs, cuncta scelera sua sanctitate Cathedræ Patri & beneficio tā diuinæ successionis elui, in Canones etiam referre non dubitarunt. Sed tuum erat Volane, si nolles semper mendax esse & haberi; hos Canones bona fide in medium proferre: & sic omnes clarius intelligerent te impudenter mentitum esse. Sed ne hoc homines aduerterent, Canones tu callide in medium adferre noluisti, vel potius non potuisti: quia tales Canones nondum sunt in rerum natura, nisi forte tu ut es egregius fingendi ac mētiendi artifex nouos ex tuo pruriginoso capite canones finxeris: quos cum in mediū protuleris, copiosius à me responsum habebis. Succedant quantum volunt ac possunt Pontifices in Cathedra, non remittentur illis scelera sua in ēternum nisi pœnitentiam egerint. Stat enim fixa & immobilis sententia filij Dei viui. Nisi pœnitentiam egeritū omnes simul peribitis. Nec dubites Volane idem mecum sentire ipsos Pontifices, et tu si voles cognoscere poteris ex ipso Decreto Gratiani, Titulo de pœnitentia. Quæ vero tu ad hoc tuum mendacium confirmandum adfers, non inuenies apud aliquem Romanum Pontificem. Sunt enim verba Ennodij Diaconi Romani in Defensorio suo, nec faciunt illum sensum quem tu malitiose finxisti, vt patet ex verbis immediate precedingibus

cedentibus, quæ tu callide dissimulasti, ne impudentia tua deprehenderetur. Quod autem non possunt Canones illi eorum esse, quorum nominibus frequenter à Gratiano citantur, discere poterat Ignorantia Tua ex Couarruuia lib. 4. variarum resolutionum cap. II. qui circiter trecentos Gratiani lapsus hac in parte annotauit.

Mendaciū

37.

Dei cultum & honorem, aīs, tribuunt D. Francisco, quem homines blasphemis sic inuocant: *Francisce Iesu typice, Dux normaqz minorū; sedes nobis perennes da regni cælorū.* Sed oportebat te Volane meminisse illius legis, quam tu ipse nobis in hoc tuo scripto præfisiisti; Non est, inquis, candidi hominis fraudem struere in verbis, & quo sensu quæcqz dicuntur non attendere. Hanc legem tuam Volane si tu ipse & hic et alibi sapius non fuisses transgressus, non tam sape, & hic & alibi p̄ssim, tam impudenter mentitus fuisses. Cum enim h̄c dicitur, *Francisce Iesu typice, satis constat non vocari eum verum Iesum, mundi redemptorem, sed typum veri Iesu obstigmata vulnerum Iesu ipsi diuinitus impressa.* Quod si h̄c modus loquendi adeo tibi displiceret, cur non irasperet D. Bernardo qui 3. lib. de Consideratione: Eugenium Pontificem adhuc peccatorem in terris, nō sanctū in cælis, aperte vocat vñctione Christū. Nec propterea, quod sciam, à quoquam fuit vñquam reprehensus, nisi nuper à quibusdam eximijs Momis seu Morionibus, qui etiam ipsum Christum reprehendere non verentur. Cum dicitur, *Da nobis sedes Regni cælorum, intelligitur;* Da per tuas preces & non aliter: quod si mihi non credis, petes ab ipsis patribus Bernardinis, qui non aliū agnoscunt salvatorem animarū suarū et Regni cælorum datorem, quam Iesum Dei filium. Nec aliter à D. Francisco petunt regnum cælorum, quam per eius preces. Atq; hoc idem responsum habeto ad illud quod in Apologia obijicis; Iure matris imperia redemptori: non enim petitur ut alio in filium imperio vtatur, quam ut roget filium pro nobis. Et perinde est, ac si quis ei diceret, Coge filium tuum precibus tuis; qui modus loquendi communis est inter homines. Sed quare Volane sic perfide semper agis: cur bona fide non citas tuos au-
thores,

thores, unde es ista furatus, vel mutuatus. Scio tuum Calvinum pari impudentia hoc nobis obijcere de B. Virgine lib. 3. Instit. cap. 20. parag. 22. At cur ille stigmaticus nebulo nullum huius rei authorem, vel exemplum protulit? cur Volanus suum pium & sanctum Magistrum bonus discipulus hac in parte non iuuit? Scio Iuellum in Apologia Ecclesiæ Anglicane, cum hoc conuictum in Catholicos iaceret, apposuisse in margine D. Bernardum. Sed hucusq; nec ille, nec quispiam alius de grege Calvinistarum hoc in Bernardo potuit ostendere. Deniq; si apud Bernardum aut vspiam alibi reperiatur, cur vos boni Euangelici, hoc ad totius Ecclesiæ criminationē trahitis? cur vniuersæ Ecclesiæ iniuriam conflare conamini? cur non pro candore vestro Euangelico benigniore interpretatione hæc cuiuscunq; sunt verba ad commodum aliquem sensum potius lenitus, quam odiose exasperatis?

Progenies viperarum sunt Iesuitæ, qui matris Ecclesiæ non

Mendaciū

38.

men sæpe prætendunt, dum ad sanguinem fundendū piorum, tyrannorum rabiem prouocant. Dic obsecro Volane, qui sunt isti pij de quibus loqueris, sunt ne Lutherani vel Calvinistæ, Anabaptistæ vel Ebionitæ? Nam hi omnes pro libertate Euangelica vestrae Confederationis impune ac libere versantur, in hoc regno. Dic etiam qui sunt isti Tyranni, quorum rabiem prouocant ad sanguinem piorum fundendum? His viginti & amplius annis quibus Iesuitæ in Polonia commorantur, potes ne tu vel unum in toto isto Regno nominare pium, cuius ut sanguinū funderetur, data opera per Iesuitas est.

Ve quid ergo opus est tam impudenter mentiri? Sed parco tibi, quia agitur nunc de gloria Dei, pro qua defendenda mentiri necessarium est iuxta dogma Geneuen, supra allatum: Si ignoras Volane dicam tibi, qui sunt isti qui piorum sanguinem sitiunt. Sunt tui Calvinistæ, qui Geneue authore Calvino conspirarunt de occidendo Rege Galliarum, & tota nobilitate Galliæ Catholica; quæ conspiratio extat impressa, & inuenta est, ut ait Bolsecus cap. 21. inter Epistolas Calvini ad Viretum Lausanne: cum Viretus metu proscriptionis aufugit Lausanna Geneuam. Quid tuus Beza nonne in Epistola ad Re-

G ij

ginam

ginam Anglie gloriatur, Anglorum auxilijs, & sanguine Gallorū in Campis Druidum plantatum esse in Galliū Euangelium. Itane docuerunt Christus & Apostoli Euangelium sanguine plantare? Hinc forte est illud celebre dictum tui bellatoris Zwingli: Euangelium sitit sanguinem, ut refert Erasmus in Epistola ad fratres inferioris Germanie. Sed & Claudius Sanctissimus in Responsione sua ad Apologiam Bezae sic eum alloquitur, pag. 155. Putas Beza ignorari quo tuꝝ omnes in Germaniā profectiones pertinuerint. Te scilicet inconsulto, Caluinista Regiam ipsam Ambasie aggressi sunt, & Hugonotorū cognomentū ppter egregiū facinus ibi acquisierunt. Putas tū deprehensas tuā & Caluini atq; aliorū subscriptiones non asseruari, de necandis omnibꝫ tanquā tyrannis, qui vestro Euangeliō, vestrisq; conatibꝫ obſisterent? Habes hic Christiane lector veram ideam Spiritus Caluinistici, qui quorsum tendit facile ex his quae dicta sunt coniçere potes. Et tamen audet iste sanguinarius Caluinista Iesuitis hominibus innocentibus sitim sanguinis falſo obijcere.

Mendaciū

39.

Sunt, sis, Iesuitæ perfido Iudæ similes, quia amicos Iesu se simulant: & tamen verbo ac scriptis docent, quod non solus Iesus saluum facit populum à peccatis eorum. Hoccine docent Iesuitæ, idq; voce & scriptis? Cur non citas illa scripta, in quibus hac tam grandis in Christum blasphemia legi posuit? cur non nominas illum, qui voce sua talia promulgavit. Ego certe in scholis Iesuitarum tredecim circiter annos versatus, nunquam hoc ex ore cuiusquam Iesuitæ audiui. In scriptis vero eorum tantum abest, vt hoc legerim, ut planè contrarium potius expressis verbis inuenierim: & ne reliquos enumerem, accipe unum Bellarminum pro omnibus. Is enim 1. tomo disputationum de Sanctorum beatitudine lib. 1. cap. 17. Solus, inquit, Christus est qui mundum reconciliauit Deo, & qui meruit nobis gratiam & gloriam; & omnia necessaria ad salutem. Et lib. 3. de Romano Pontifice cap. 21. cum obijceret illiricus, quod Papa per merita sanctorum, suorumq; spiritualium, nos saluari

saluari vult: Respondet Bellarminus esse insigne mendacium; nec enim, inquit, alium agnoscimus saluatorem nisi Iesum Christum, qui dedit semetipsum redēptionem pro omnibus. Audisne perfide Iuda? pudeat te igitur in posterum tam impudenter mentiri. Porro sanctorum merita & preces, suo etiam modo nobis prodeffes negare non potest, nisi qui nescit aut non credit inter membra corporis Ecclesiæ communicationem ac connexionem esse. Certe Aug. q. 149. in Exodum aperte ait; Releuari nos apud Deum illorum meritus posse, quos Deus diligit. Et 21. Civit. cap. 27. aliquoties repetit; Nonnullos sanctorum meritis indulgentiam adipisci: & probat ex illo Luce 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, Simili impudentia tuus ille Vitakerus Pag. 540. & 541. contra Duræum singit Catholicos existimare Christum in sua passione nullam sensisse tristiciam, dolorem & cruciatum: sed tamquam sibi tem cū maximis malis vrgeretur, omni doloris sensu cauuisse. Hæc ille ad verbum. Et tamen istum mendacissimum nebulonem usq; ad sydera extollit Volanus: sed similes habent labra laetucas. At vide interim stulticiam tui Vitakeri: postquam enim hoc tam insigne mendacium Catholicis, nullo adducto authore affixisset: paulò inferius, nempe fol. 548. seipsum manifesti mendacijs coarguit, citans ex cathechismo Tridentino, in expositione symboli hæc verba: Quod ad internum animi dolorem pertinet, nemo dubitare potest, quin summus in Christo fuerit.

Ecclasiā Romanā, vocas, Ecclesiā malignantium, Mendaciū
E eo quod coram idolis se prosternat. At si imagines sunt
idola: cur tuus Beza nuper edidit librum plenum idolis? Liber est
inscriptus de Iconibus, impressus Genevæ, anno 1580. apud Ioan-
nem Laonium. In eo libro collegit Beza imagines hereticorum nostri
temporū, sine ullo discrimine, siue sint Lutherani, siue Zuingiani, si-
ue Hussitiæ, siue Arabapristæ; excepto quod non sint ibi, Castalio
& Ramus, propter inimicitiæ et priuatum odium inter ipsos & Be-
Zam, ac etiam Calvinum. At nulla subest ratio ait Genebrardus.

cur Candidæ & Audeberti imagines omiserit; nisi quod eas in suo sacrario tam habeat promptas, quam nos Christi & B. Virginis veras picturas. Vbi pius ille Genebrardus eum cum lachrymis obtestatur, ut flagitijs tanti memoriam penitus aboleat, neq; obscenas illas effigies apud se amplius retineat. Et quandoquidem se alias adiecturum proxima editione pollicetur, monet ne illic laruas Epicureorum obscas, bene pastas, potasq; & rubicundas, quales in hac prima nobis pinxit, iterum exhibeat: aut desinat eos comparare sobrijs patribus, castitate illustribus, paenitentia macilentis, ieuniacionib; diuturno confectis. Et licet copiose satiis ut opinor, hoc tuum mendacium de Idolis in meis Thesibus de imaginibus confutauerim, tamē volui verbis Genebrardi in Epistola ad Daneum illud iterum hoc loco breuiter refellere. Tantum vero absent, ait ille, vt quod nobis imponitis, verum sit: vt ne quidem sacris imaginibus cuncta illa deferamus, quae vos cum vestro Beza, profanis vestrorum iconibus, vel potius idolis & spectris dependitis. Beza non modo eadem de haereticorum simulachris dictitat, quae nos de recto imaginum vsu, populo praedicamus: nempe imagines esse libros idiotarum, scripturas plebis, motum ad rem representatam; verum etiam ista adiicit pag. 2. & 3. in Præfat, ad Scotorum Regem: Nostris vero respondeo, qui præteritas imagines, vel ob eam causam, mallent, ne aduersarijs quos idolatriæ accusamus calumniandi præbeatur occasio: neq; picturam, neq; celaturam, cæterasue huiusmodi artes per se reprehendi, quarum multiplicè esse utilitatem constat. Et infra. Quid igitur vetat, quomodo sicut scripturæ beneficio doctos & pios homines quamuis mortuos, quasi nobiscum loquentes audimus: ita quoq; veris illorum imaginibus, quos studiose viuos obseruauimus hoc consequamur, vt eos ipsos adhuc intueri & amplecti videamur. Et paulopost; Me quidem certe testari possum tantorum hominum, non modo libros legentem, sed etiam expressos

presso vultus intuentem, haud multo aliter affici, & ad sanctas cogitationes impelli, quam si coram adhuc ipsos docentes, admonentes, increpantes his oculis aspicerem. Hanc igitur causam habui cur istas imagines partim iam nocte, partim adhuc nanscisci sperans edendas putarem. *Hæc ille ex Be. Za.* *Vbi eum sic affatur.* Patere igitur nos similiter, ô Bestia, Crucifixi & Sanctorum martyrum conspectu commoueri, ad sanctas cogitationes impelli atque affici, ac si ipsos docentes, suis exemplis ad pietatem vocantes, ad virtutem & patientiam aduersorum inuitantes, his oculis aspiceremus: ne tecum ulterius dicam reuereri, obseruare, amplecti. Quid quod illic tui oblitus precaris pro Iulio Cæsare Scaligero mortuo: quid enim interest; inter, *Quiescite ergo in Christo pijs martyris:* & requiescant in pace, Amē. *Si Gregorius Papa, ait Caluinus lib. I. Instit. cap. II. Parag. 5.* in schola Spiritus sancti edocetus fuisset; nunquam dixisset Idiotarum libros esse imagines. *Si modi vñueret Caluinus,* & Beza librum de Iconibus legeret, & Icones ipsius aspiceret; in qua schola putas dicturum ipsum, edocetum fuisse suum Bezam? aut quantum distant verba & opinio Bezae à verbis & opinione Gregorij in hac materia de imaginibus? *Si idola sunt imagines,* cur tu Volane tam diligenter tot idola colligis ac seruas in crumenâ & in arca tua? cur non abiçis ea? cur in publico, eminente ac alto loco Synagogæ vestræ idolum Agni erexisti et collocaſtis? cur tantam maculam vestro nomini intulisti? cur tantam populo idolatriæ occasionem præbuisti? Nunquid cogitatis iterum redire ad idolatriam Papistarum (ut vos loquimini) in qua mortui ac saluatori sunt maiores vestri, & quotquot in Polonia his 600. annis seruati sunt?

Vllnenses, inquis, Iesuitæ non sunt pauperes, 1. quia organa magno sumptu ædificant. 2. quia Simulachra magno ære redimunt, ut in aris adoranda collocent. 3. quia insanas illa substructiones & palatia magnifica ostentant. *Quinque sunt*

Mendaciū
41.

sunt hic pulcherrima, in vna periodo, mendacia. Tam bene in arte
mentiendi versatus est Volanus. Nam organa non Iesuitæ, sed Illu-
striss. Dominus Marsalcus ædificat, quod Vilnensi ciuitati & plu-
rimæ nobilitati notissimum est. Simulachra magno ære à Iesuitis re-
dempta nulla sunt, nisi in stulto cerebro somniantis, ac deliri Volanis.
Multo minus extant vllæ aræ, vbi talia simulachra tam magno ære à
Iesuitis redempta sint collocata. Palatia magnifica nulla Iesuitæ ha-
bent quæ ostentent: multo minus insanæ quas tu fingis substructiones,
nisi forte eorum ædificia palatia voces: quia sunt firma ac stabilia ad
inhabitandum, & lateritia contra varia & crebra ignis & incendij
pericula. Sed nec debuisti, tu Volane qui ea quæ possides, fateris be-
neficio ac liberalitate Illustrissimæ familie Radziwilorum te hab-
ere, maledica & petulanti lingua tua, eorum familiam sic taxare: nen-
pe Illustrissimum D. Trocensem propter substructionem, ut tu ap-
pellas insanam Collegij Niesuisen. Nam de illo & hic & in Apo-
logia satis aperte loqueris, licet nomen taceas. De quo enim alio in
tota Lithuania intelligi possunt illa verba tuæ Apologie: Nos ei:
alta palatia ædificam⁹: eorū ingluwiei latifudia, & opima præ-
dia attribuimus, nisi de Illustriss: D. Trocen, Castellano, qui pro-
singulari sua in Deum pietate, & præclaro patriæ iuuandæ studio col-
legium Niesuisij à fundamentis præclare erexit, & liberaliter dota-
uit: nec dubito quin conscientia tua si quam habes, de eo te locutum ti-
bi dicet. Sic & hic per latus Iesuitarum suggillas Illustrissimum
Dominū Marshallcum: quem tu (qui adeo curiosus es, vt videas, quid
habeatur in cella penuaria Iesitarum Vilnæ, & quid tam longe in a-
liena Repub. nempe Romæ agatur à Syxto S.) ignorare non potes au-
thorem esse organorum, cum id publicè Vilnæ notum sit, & populo
pro concione promulgatum. Sed ringitur iste Antichristus Lithuania-
nicus, quod Iesuitæ vel domos habeant firmas ad inhabitandum, vel or-
gana ad Deum creatorem suum laudandum. Nec sane vide o
Volane cur istorum duorum principum facta reprehendas, su-
gilles, carpas, nisi forte quia vobis nouis Euangeliciis certo persuasi
sit, li cit-

sit, licitum esse vobis templo & monasteria spoliare, euertere, incendiare, organa confringere; prædia & bona Ecclesiastica in usus vestros prophanos & sacrilegos conuertere: illis vero non esse licitum collegia & templo erigere, organa fabricare, bonis & prædijs templo & collegia dotare. Si isti duo Illustrissimi Duces extruxissent Synagogam pro Calvinistis, ubi possint duo nebulones quotidie blaterare, & Deum ac omnes cœlites blasphemare: factum eorum usq[ue] ad cœlum extulisses: præsertim si turrim depictam cum Idolo Agni in summitate synagogæ adieciissent. At vero quia Iesuitis, vel potius Patriæ & Reipub. collegia & organa fabricant, crepas miser odio & rancore: nec Illustrissimorum Ducum facta dissimulare præ inuidia potes; quin publice in scriptis tuis eos carpas & reprehendas. Cœterum, quia tu tam impudenter ac falso Iesuitas Vilnei. traducis, quasi ita diuites sint, ut homines mirentur eos tam subito ad tantas diuitias peruenisse: volui ego paulo curiosus de eorum redditibus, ab ijs qui rem totam certius, quam tu tuq[ue] intelligunt, inquirere. Et sane certo cognoui eos adeo esse diuites, ut ex solis prouentibus suis, se allevare non possint, nisi vel piorum eleemosynis iuuentur, vel debita contrahant. Cuius rei testes idoneos, & firmas probationes, si opus esset adferre mihi non foret difficile. Nec tamen cellam suam penitariam vino plenam (ut tu de ijs in quodam scripto tuo mentiris) habent: nec delicate (ut à vobis creditur) viuunt. Nam præter tenuem ac simplicem vietū, et vnicū (quo vtuntur quotidie) vestitum habent, præterea nihil. Si tui Volane illi magna molis ventres, ministros dico, non magis delicatè viuerent, nec plus vini quam Iesuitæ biberent, non tam crede mihi discentes ventres, & vastas corporum molles haberent: nec tam sœpe ebry plateas metiri viserentur: ut taceam quod tres illi bene obesi commissari tui Sudrowius, Matthias, & Iobbus plus soli reddituum, quam Iesuitæ simul triginta habeant. Porro tu, minime omnium, Iesuitis diuitias debebas exprobare, qui cum in oppido Lwowsko ex parentibus Ceruisiæ coetoribus natus sis, tam cito eas corrasisti opes, ut tres uxores cum omnibus quos geruerunt

uerunt liberis alere possū. Et tamen tua in Rēpub. Lithuania merita, ob quæ tantis es ditatus opibus, tot locupletatus prædijs, tot auctus honoribus. Ex misero Caupone Lwowkouensi fæctus. Eques Lithuania; nulla plane sunt. Nisi forte mereatur is, qui probe calleat mendacia confingere, heres spargere, optimos quosq; conuijjs proscindere, pestilentes libros in perniciem Reipub. adere. At Patrum Vilnen. Societatis Iesu, ita omnibus sunt nota merita, ut neq; vos eorum aduersarios lateant; nec vlla vnq; actas ea continefcere valeat. Imo tu ipse, licet capitalis eorum hostis, ea palam prædicas in illo insulso tuo libello quem contra doctissimas Emanuelis Vegæ assertiones adidisti. Nam cap. 1. expressis verbis ait: Iesuitas pollere ingenio & doctrina, & optimis quibusq; artibus, & cognitione linguarum instructos rem litterariam non segniter promouere.

Mendaciū

42.

Mhi iam, ait, succensere non debes, nec temporibus nostris qui hunc Pontificem vestrum vocamus Antichristum: sed Bernardū omnibus diris deuoueas, qui ait, ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. Miror nec librum, nec locum, vbi hoc in Bernardo reperiatur, à te nominari. Sed forte hic te excusabis sicut in fine Refutationis Assertionum Emanuelis Vegæ te præclarè excusas; nempe te esse Rusticum sive Agricolam, indoctum, ex consequenti bobus iuxta nomen tuum stabulandis occupatum: ideo non vacare tibi authores quos citas inspicere, euoluere, ac in lucem dicta ipsorum proferre. At si, vt ibi ait, indoctus es & agriculturæ te Deus destinavit: quid igitur te rebo sacris, ac studijs Theologicis ingeris? Ne sutor ultra crepidam. Tu cura boves & agros tuos, & sine Theologos Theologica, & viros Ecclesiasticos sacra tractare. Iam vero vt hanc sententiam D. Bernardi inuenirem quinque eius de Consid. libros, euolui: in quorum 2. paulò ultra mediū hæc verba de Pont. Rom. repert. Age, inquit, adhuc indagemus diligentius quis sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, summus Ponti-

Pontifex, tu princeps Episcoporū, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noc, Patriarchatu Abrahām, ordine Melchisedech, Dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vñctione Christus. Tu es cui claves traditæ; cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alij cæli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto glorioius quanto & differentius; vtrumq; præ cæteris nomen hæreditasti: habent illi sibi assignatos greges singuli singulos: tibi vniuersi crediti vni: nec modo ouium, sed & passorum tu unus omnium pastor. Vnde id probem quæriss? Ex verbo Domini, cui enim non dico Episcoporū, sed etiam Apostolorum sic absolute & indiscrete totæ commissæ sunt oues? Si me amas Petre, pasce oues meas, quass? illius vel illius populos ciuitatis, aut regionis aut certe regni? Oues meas, inquit, cui non planum non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur ubi distinguitur nihil. Hæc ille. Vide Lector quantus hostis et aduersarius Rom. Pontificis sit Bernardus: qui unus, tandem tribuit Pontifici elogia honoris, potestatis, & dignitatis, quanta cæteri Catholici omnes semper tribuerunt. Mirum sane si hic impudentissimus blatero Bernardum omnibus diris non deuoueat, eumq; blasphemare non dicat, cum asserit Rom. Pontificem esse vñctione Christum, prout in Psal. 104. dicitur. Nolite targere Christos meos. Est ne credibile Bernardum vocare Papam Antichristum quem hic vocat Christum? & ex eodem ore calidum simul & frigidum efflare? Certe vbiq; est tua illa sententia, iuuenies te mendacem, nec Bernardum esse locutum de Rom. Pontif. de quo ibi ne vnum verbum facit. Nam constat Bernardum cum Rom. Pontif. in fide ac doctrina consensisse semper: quomodo ergo eum vocaret Antichristum?

IEsuitæ, inquis, in Apologiz superstitiones plusquam Ethnici Mendaciū
cas tuentur, omnis idolatriæ industriose prestant artifices, pestiferis opinionibus teneras iuuentutis nostræ imbuiunt
ætates. At hæc tua tam tetra mendacia quomodo probas Velane?

Certè non aliter quam quia tu dixisti, id q̄ more tuo Euangelico.
 Tuum erat Volane non nudis ac mendacibus verbis ista afferere, absq; vlla probatione, vlo argumento, vlo authore ac teste: sed clare ad oculum singula demonstrare. Putas homines esse tam stupidos, vt tibi homini plane nullius fidei ac filio Diaboli toties in apertissimis, ac impudentissimis mendacij deprehenso, statim si dem sint habituri, nisi prius probes vera esse quæ dicis? Mirum sane est Regem Polonie, Regri huius Episcopos, Duces ac senatores, posse in sua Repub. tolerare homines, qui superstitiones plusq; Ethnicas tuentur: qui se omnis idolatriæ industrios præstant artifices: qui pestiferis opinionibus iuuentutem imbuunt. Cur adeo insaniant Principes & Magnates, vt eos non solum à se non repellant: Sed vltro ad se id q̄ è longinquis regionibus magnis sumptibus accersant? Cur tui Euangelici suos filios imbuendos sponte sua mittunt ad homines tam pestiferos: tam Idolatriæ deditos: tam superstitionibus Ethnicis addictos? Esto Volane sint hæc qui de lesuitis dixisti vera ut quid tamen latras;
 An non vestra sacra illa Confoederatio hac omnia facit licita? annon superstitionissimos homines in hoc Regno tuetur? Annon liberum est per vestram confœderationem cuiq; credere quicquid velit: docere quicquid libet: mentiri in rebus religionis quandoq; placet? Certe Volane omnibus illis annis quibus sub Iesuitarum disciplina vixi, nullam vñq; audiui superstitionem Ethnicā nullam pestiferam opinionem, nullam idolatriæ artem, sed nec innumeri alijs, qui & mecum & post me apud eos studerunt: & certo tibi affirmare possum, lesuitas neminem vñquā docuisse, pecunia ablatā, furem caseo magicis characteribus impressis, & in os injecto explorare, sicut tu Vilnæ ob pecuniam tuam perditam fecisti vel certe te presente, vidente, consentiente ac tacente factum est.

Mendaciū

44.

NE q; vllæ, inquis, istorum Iesuitarum Assertiunculæ prode. Sunt in lumen, vbi non aliqua verborum contumelia Volanus perstringatur. Sunt, mihi crede Volane, multi Iesuitæ, qui Assertiones scripserunt, in quibus tantum abest, vt Volanus aliqua contume-

contumelia perstringatur, ve ne nomen Volani in illis semel reperiatur. Alioqui reperias mihi tu vel semel si potes nomen tuum in Assertionibus Gregorij de Valentia, Petri Tirrhæi, Iohannis Gibbonij, Iacobi Gordoni, Hieronymi Torreni. Alphonsi Pisani, Theodori Peltani, Lucæ Pinelli, Iohannis Busæi & aliorum Societatis Iesu Theologorum, quiegregie pro Ecclesia Christi, contra vos Antichristos, scripsierunt. Non ergo te pudet in ista canicie tua, cum alterum iam pedem in inferno ferè habeas tam impudenter mentiri. Imo nec in omnibus Assertionibus Arturi, ac Emanuelis nomen tuum inuenies unquam. Si mihi non credis ostende mihi Volani nomen in Assertionibus Arturi, de Ecclesia aut Emanuelis, de libero arbitrio, ut de alijs raseam. Sed quid ego ago cum isto Rusticano sene de assertionibus virorum doctissimorum qui nec Assertiones eorum vidit unquam, nec authores de nomine quidem nouit vel audiuit; ut pote qui iuxta nomen suum Wot, quod bouem significat, magis versatus est & occupatus in vaccis ac bubus stabulandis quam in Theologorum Societatis Iesu Assertionibus acquirendis vel perlegendis. Et quid mirum, si te in quibusdam suis assertionibus Iesuitæ exagirent: Annon tu in omnibus scriptis tuis, quæ haec tenus mihi videre contigit, eos innumeris calamitijs, conuictijs ac mendacijs obruis & dilaceras; adeo ut integrum Apologiam tetris mendacijs plenam nuper contra eos ex impurissimo tuo pectore exhalaueris.

Mendaciū
45.

Vcretiam, inquis, Aeneæ Syluij scriptum impurum, & lascivium omnibus etiamnum Episcopis & Cardinalibus legere licet. Mentiri Volane, & plane ostendis te puerum ignorum, eorum quæ apud Catholicos geruntur. Nam inter regulas Indicis librorum prohibitorum à Concilio Tridentino præfixas, septima sic habet. Libri qui res lascivas seu obscenas tractant, narrant, aut docent omnino prohibentur, & qui eos habuerint seuere ab Episcopis puniantur. Quo igitur pudore audes afferere licitum esse cuius illud scriptum legere, cum id sit à Concilio Tridentino, tam seuere prohibitum, id est sub graui poena, quin etiam in eodem indice librorum prohibitorum,

hibitorum, prohibentur omnia eiusdem Aeneæ Syluij, quæ ipse in Bul-
la retractationis damnauit, inter quæ, etiam sunt nonnulla in lubrica il-
la, & iuuenili ætate ab ipso conscripta.

Mendaciū 46. **S**lfœda, inquis, scripta bilem tibi mouerent ; execrādam Ni-

Scolai Casæ Archiepiscopi Beneuentani Sodomiā non alto
silentio præterires. Vereor Volane ne tibi hic illud acciderit, quod
olim Iuello in Apologia Ecclesie Anglicanæ: qui pari ac tu impuden-
tia, citauit Iohannem de Magistris, docentem populum, in libro suo, de
Temperantia, simplicem fornicationem non esse peccatum : cum non-
dum sit in rerum natura, Iohannes de Magistris, qui de Temperantia,
scripserit. At quid si Volane hic sint tria tetra ac putida mendacia
simul coagulata ? quando enim nobis ostendes hæc tria ? Primo quod
Nicolaus Casa scripsit. Secundo quod Archiepiscopus Beneuentanus
scripsit : Tertio quod Sodomiam scripsit ? Cur non agis bona fide,
ac sincere sicut Euangelicum decet ? cur non promisisti non omnia sal-
tem aliquæ eius verba, quæ in laudem huius tam enormis sceleris decan-
tarunt ? Ego certe bona fide tibi citavi carmina Sodomitica tui Bezozæ,
quæ nec tu ipse negare potes : debebas tu quoq; simili fide verba aliquæ
ex tuo fœto Nicolao Casa, qui in rerum natura nondum extat (nisi
mentiantur alij tui Euangelici fratres) proferre: ut omnes aperte in-
telligant te non ut soles impudenter mentiri ; sed aliquando verum lo-
qui. Vide Andrea Lwowskiouensis quæ impudenter mentiaris. Nō
enim viuit in orbe terrarū ullus, qui unquam viderit librū talem, cum
horrenda inscriptione à Nicolao Casa editū. Sed scripserit ille, ta-
le quid, qua tamē obsecro fronte audes nobis obiecere tui fœti Nicolai
Casæ scriptum: quod si forte extat: omnibus sensibus, Ecclesia Catho-
lica detestatur, damnat, atq; improbat, cum Lutherus tuus, minimè cō-
tentus publicè Wicbergæ toti populo pro concione cōmendare ac sua-
dere adulterium, etiam illum sermonem typis toti orbi diuulgauit : ubi
suader uxori, viuo suo marito, cum fratre ipsius contrahere, cum tamen
haec tenus tota fex Calvinistarum & Lutheranorum nuptias Henrici
8. Anglia Regis cum uxore etiam defuncti fratri, detestabiles sense-
rit ac

rit ac docuerit: *Vnde factum est diuortium inter eos, & substituta
meretrice impurissima Anna Bolena propria Henrici filia, quae ob
adulterium ab eodem intrâ biennij circiter spacium, publicè capite est
plexa. Si foeda scripta tibi Volane bilem mouerent; execranda illa
Lutheri tui dogmata Diris deuoueres; & non alto silentio hac, quae
ad fœditatem rei demonstrandam in Responsione mea notaui præte-
rires, nec in Apologia tñ topere carmina Bezæ in Psalmos Davidicos
commendares, cum ea quæ in Psalmo 50. scripserit, adeo sint fœda ut
me pudeat referre. Legat ea lector, si velit, apud Genebrardum
in Epistola ad Daneum.*

Quendam, aū, extitisse Pontif. qui purpurato Senatui tan- **Mendaciū**
permitteret, vt mascula Venere, vt mensibus calidis, illi
permitteret. *O sordes, ô lutum, quid opus est conficti criminibus
Pontifices onerare, cum vobis, vt afferitis, abunde suppetant vera sce-
lera, quæ illis obiecisti? Vnde mendacissime hoc mendacium habes?* Ex Baleo inquis. Ex Baleo? at quù fuit iste Baleus? An non ho-
mo extrema impudentia, & qui cum ipso Cacodæmone in mentiendo
ac maledicendo merito in eertamen descendisse dici possit. *Lege*
Alanum Copum Dialogo 5. cap. 19. qui de hoc tuo præclaro authore
sic scribit: *Fuit, inquit ille, Baleus, Sycophanta impudentissimus, & Apostata spurcissimus, obscenitate verborum om-
nes Lenones ac meretrices superauit: conuitorum plastra
in optimos quosq; viuös ac defunctos congesit, horrenda mē-
dacia, partim à se conficta, partim aliunde emendicata impu-
ro ore in singulis librorum suorum paginis eructauit. Hæc
ille. Et quale obsecro est figmentum illud Balei Ludovicum Imper.
& Ioanne 8, quem fœminam fuisse ait, imperio inauguratum fuisse?* Cum Onuphrius, Annotat. in Platinam, Copus Dialogo I, capite 8.
Bellarminus Tomo I. lib. 3, de Rom. Pont. cap. 24. vt alios omit-
tam, plurimis grauiſſimi argumentis demonstrauerint nullam vnu-
quam fœminam Pontif. Romæ fuisse? Ex isto impudentissimo men-
dace, Magdeburgen. multa in suas mendaces Centurias corraserunt.

Sed

Sed dic tandem, ubi hoc iste tuus Baleus habet? non enim unum librum scripsit; cur verba, caput, librum non citas? Cur Pontificem illum non nominas? An iste solus inter Pontifices anonymous fuit? Quocunq; igitur nomine appellabatur: Ostendam tibi evidentissime, hic te esse impudentissime mentitum. Nam Baleus hanc historiam habuit, vel per reuelationem: vel per traditionem, vel per alicuius authoris lectionem: vel deniq; per propriam auditionem. Non audiuit Baleus Pontif. tale quid indulgentem, quia non vixit Baleus tempore illius Pontif. quem firgunt Euangelici hoc indulsisse. Mortuus est enim Baleus in Anglia, sub ista Iezabel Anglicana, que modo ebria sanguine sanctorum, tyranice dominatur in Anglia. Non habuit per reuelationem vel traditionem: quia est contra professionem quinti Euangelij vestri, isti credere magis quam aegrorum somnijs. Non deniq; per alicuius authoris probati lectionem, qui ante Lutherum vixit: quia tales, quotquot sunt fratres Euangelici, hactenus quod ego sciam proferre non potuerunt: licet multi ex eis hanc fabulam narrarent. Et cum unus ex tuis mendacibus Caluinisis afferat Pontif. quendam id concessisse uni Cardinali, & eius familiae; tu ut fabula per se rueret, ait eum id concessisse toti Senatui Cardinalium. Restat igitur, ut sit mendacium confitendum a Baleo & alijs. Sed esto sic verum, quid inde contra nos. Non enim nos ut aliquoties dixi, omnium Pontif. dicta, vel facta defendere volumus, vel approbare (et hoc si factum est toto animo detestamur) sed ea quae suis decretis populo Christiano credenda in fide vel moribus proponunt. Itaque non est quod tantum labores in virtutibus Pontif. conquirendis: nos enim ultra fatemur fuisse aliquos Pontifices non ita probis moribus: at nullum penitus errasse in definitionibus ac decretis suis de fide vel moribus assertimus. Non virtua Volane vti video non virtua, sed homines tibi dissident. Si enim virtua & non homines odiess: non minus fureres in mulierorum tumulum Apostolam Lutherum, quam in Pontificem debacharū. Sed quia virtua tibi placent, homines vero (maxime si sunt Rom. Pontifices) dissident: ideo Luthrus, manet apud te sanctus post illud fœdissimum

dissimum ac abominabile dogma, de adulterio perpetrando, Papa ne
tibi sordet post illud confictum indultum, quod nunquam fuit in re-
rum natura.

Mendaciū
48°

Illud saltim, inquis, quo colore defendi potest, quod Papa Angelis mandare non erubescit, ut peregrinantem Romam, si in itinere mori contingeret, hunc in cœlum deferant. At ego vicissim à te peto Volane, quo saltim colore potes hoc impudenterissimum mendacium defendere, vel excusare. Ais hoc reperiri in Bulla Clementis 6. quam si aliquando inspexisses; non tam petulanter convitiis meis frena in te laxares. Sed nunquid tu illam Bullam unquam vidiisti, aut legisti? Si sic, dic obsecro ubi illa extat, & apud quem probatum auctorē, ut non solum ego sed & alij mecum eam legere possint, & una mecum experiri, an non sis hic more tuo Euangelico, egregie mentitus. Cur non citas nobis aperi- te verba, quibus Pontifex mandat Angelis Dei, caue ne te hic decipi- ant mendaces Magistri tui, ex quorum sordidis lacunis, haec hausisti. Non unus ex vestris hanc bullam citat, sed nullus quod sciam ipsa ver- ba adfert, ne forte in manifesto mendacio deprehendatur. Scio quid vis dicere Volane: Suscipiat eum S. Michael Archangelus Dei: veniant illi obuiam sancti Angeli Dei, ac perducant eum in cœlestem Ierusalem: Et huiusmodi aliæ precandi & Angelos in- uocandi formulæ, quibus Ecclesia passim ad Angelos & sanctos in commendatione animarum agonizantium, utitur; sunt vobis viris Euangelicis (tantis est in Pontificum Rom. dictis interpretandis can- dor uester Euangelicus) mandata, quibus Pontifex Roma. mandat Angelū, ut animas peregrinorum perducant ad cœlum. Alia enim mandata in Angelos Dei Pontificiū Rom. nec Ecclesia Catholica agno- scit, nec tu vñq; credo ostendere potes. Sed cur tu inueterate dierum malorum, non seruas ipse legem quam pagina 32. responsionis tuae nobis præscribis. Non est, inquis, candidi hominis fraudem in ver- bis struere & quo sensu quæq; dicantur non attendere: hanc le- gem si tu in Pontificum & aliorū Catholicorum dictis inter-

NB.
 pretandis obseruares minus sane laboraremus. Odium gloriæ
 Vatinianum erga Rom. Pontifices te in hanc cœcā ac impudentem mē-
 riendi libidinem impulit, nec malicia cordis tui, finit te quod verum
 est de illis & sentire & loqui. Cur non dicas simili modo Davi-
 dem mandasse ipsi Deo, cum ait: Benedicat nos Deus, Deus no-
 ster Psal. 66. & Angelis cum ait, Benedicite Angeli Domino: Cur non afferis Iacob mandasse Angelo quando ait. Gen. 46.
 Angelus Domini qui eruit me de cunctis malis, benedicat pu-
 eris istis. Dic obsecro quantum abfuit à mandando Angelū, tuus
 Lutherus qui in lib. contra statum Ecclesie, sic ait: Ego vero neq;
 Papæ, neq; Imperatori, sed nec Angeloquidem de calo do-
 ctrinam meam amplius submittere iudicandam volo: sed quo-
 niā de ea certus sum, per eam iudex esse volo non modo ho-
 minum, verum & Angelorum; vt si quis doctrinam meam nō
 acceptauerit, saluus esse non possit, quia Dei est non mea, id-
 circo & iudicium meum, Dei quoq; est & non meum. Ecce
 Volane tuus Lutherus constituit se iudicem omnium Angelorum: an-
 non iudex solet imperare iudicandi: ergo & Lutherus vult Angelis
 imperare, quorum se iudicem esse ait. Sed & illud quæso confide-
 ra diligenter quòd ait, non posse saluum fieri eum qui ipius doctrinā
 non acceptauerit. Actū est profecto de vobis Calvinistis Volane, si
 hæc tam Sancti ac innocentis Apostatae firma, rataq; sunt decreta.
 Quid ita: quoniam tu cum tuis Calvinistis dogmata eius non acceptas,
 non solum in reali præsentia Christi in cæna, sed & in eius Vbiq;uitate,
 & in alijs multis ac grauibus placitis. Non igitur tu Volane cum
 tuis Calvinistis poteris esse saluus: Quomodo ergo tu, tuis Calvinistæ
 ram estis certi de vestra salute atq; estis de Christi, nativitate, morte
 & resurrectione? Rursus cum hic ait, suam doctrinam esse ipsius
 Dei doctrinam; an non doctrina tua & Calvinistarum tuorum, que
 in multis articulis est ei contraria, erit doctrina Diaboli? Denig; cum
 ille hic ait iudicium suum esse iudicium ipsius Dei: & iudicium ipsi-
 us sit vos Sacramentarios esse hæreticos; nonne iudicio ipsius Dei tu

& Cal-

¶ Caluinistæ estis hæretici? Ait ibidem Lutherus: Rectum permanere oportet quicquid ego scripsi; etiam si per hoc totus mundus in ruinam abire deberet. Si eius Euangelium est rectū Volane, vestrum quod est illi plane contrarium, curuum et distortum esse oportet. Quomodo Volane te tuosq; ex his laqueis ac pedicis extricabis non video: nisi dicendo Lutherum quintum vestrum Euangelistam mentitum esse in caput suum: at si tantus Euangelista in re tanti momenti, & ex qua pendet salus æterna, tam horribiliter est mentitus: quomodo credam; eum in alijs rebus minoris momenti vera esse locutum? si vos creditis eum mentiri ista scribendo: quanto magis possumus ac debemus credere vos mentitos, quorum est certum dogma; Licitum ac necessarium esse pro gloria Dei interdum mentiri. Sic Bolsecus cap: 20. in vita Caluini.

Prodierunt, inquis, olim in mundum Iesuatae inutilia terræ pondera, & pudenda ventris mancipia, qui sola nominis fama relictæ, nusquam in hac luce & conspectu hominum versantur. Si tu volane non essem pudendum Diaboli mancipium, nunquam sic impudenter de hominibus religiosis loquereris: nunquam ita immaniter in illos irrueres, qui te nunquam verbo vel facto læserunt: nunquam illos pro furiosa vestra Euangelica modestia; Asinos Cumonos vocares. Quem titulum tam honorificum si omnium bonorum iudicium consulas, infinitis modis tibi illum verius, quam illis conuenire cognosces. At quo modo Iesuatae, Fama nominis relictæ nusquam in hac luce & hominū conspectu versantur: qui sunt adhuc Romæ, Venetijs, & alibi, ubi eos, si bobus & poculis relictis proficiisci placet, & oculis videre, & auribus audire poteris. Qui et si fide nihil, nomine parum, vitæ tamen instituto multum à Iesuitis differunt. Cur autem eos inutilia terræ pondera voce non assequor: nisi forte omnes tibi inutiles videantur: qui non ut tu, tuq; Euangelici fraterculi in agris colendis, bobus stabulandis, uxoribus ducentis, stupris, libidinibus, commessionibus & largissimis poculis exauriendis occupantur.

Mendaciū
50.

Ex schola Iesuitarum prodeunt, inquis, hæc p[ro]ntosæ voces; dicere hominem fide esse iustum, idem esse ac si quis dicat: Asinum asinina formam esse hominem. Sed quando tandem Volane totum odium tuum in Iesuitas ex hoc crudeli ac impio pedestre tuo euomes? quando tandem impudentissimis tuis de Iesuitis mendaciis finem facies? quando tandem, si non in hac tremula senectute tua, disces vera loquitur? Dic impostor ubi hoc legisti? à quo hoc audisti? quis Iesuitarum vñq[ue] hoc dixit, docuit, scripsit? nūq[ue] ne citabis authores, libros, loca, capita, testes tuorum dictorum? putasne nos adeo insanos ut vnius mendacis heretici nudo verbo credamus?

An vñq[ue] Iesuita aliquis fidem exclusit à iustificatione? Non potuerunt crede mihi ignorare Iesuitæ in scripturis sacris versatissimi, fidem suo modo iustificare, nempe quatenus per dilectionem operatur: ut ait Apostolus ad Gal. 5. cum dicat scriptura, Iustus ex fide viuit; Et, arbitramur hominem iustificari per fidem ab his operibus legis: Sed bene negant Iesuitæ per solam fidem, maximè vestram nugatoriam, ac specialem vllum hominem iustificari, quia ista fides est cum Luthero nata, nec haec tenus ab exordio mundi in Ecclesia Catholica audita.

Quem enim dabitis mihi ex tota antiquitate qui absq[ue] peculiari Dei revelatione, tam certo credidit se esse iustificatum, per meram apprehensionem iustitiae Christi, & adeo electum & certissime saluandum, nec posse eius fidem vnguam deficere, atq[ue] credidit Deum esse trinum & unum? At hæc est illa fides, quam ab omnibus vestris discipulis requiritis, per quam vos ipsos & innumeros alios seducitis, & sub quadam dulci certitudine & suavi securitate salutis, ad infernum re. Æta, & quidem præcipites descenditis. Hæc est illa vestra nouitiam & presumptuosa fides, vnde est illa vox Bezae in lib. contra Sycophantam: Tam certi, inquit sumus nos à Deo electos, quam si præsentes illius consilio interfuissemus. Hanc vestram stultam, impiam, presumptuosam fidem, si dixerit Iesitarum quis, nō magis iustificare, quam formam asininanam hominem constituere: à vero non aberrauerit. Que enim isthæc stultitia est: posse aliquem aliena &

na & extra sum existente iustitia vere iustum esse? Hoc nimisrum
Volane assérere, hoc inquam est vere esse Cumanum asinum: cui tamen
nunquam persuaseris ipsum alieno colore vere esse coloratum.

LOquens de Pontificibus Romanis Pag. 40, agis: Iste nihil pau-
peribus largiuntur. Itane Volane? Vnde hoc tibi mendacium
impudentissimum, nisi ex patre tuo Diabolo. Nam ut reliquos om-
nes retro Pontifices omittam, & solos tres ultimos, qui tibi super-
bissimi Antichristi esse videtur, consideremus: inuenies Pium s, su-
pra quadringenta milia aureorum pauperibus erogasse, ut clare constat
ex vita ipsius Italicè impressa. Quid vero magnus ille pauperum
pater Gregorius XIII, nunquid ille Pio predecessor suo hac in re
perior aut inferior fuit? minime sane. Nam ut taceam pene incre-
dibilem huius pij pastoris in omnium hominum genera, in omnes pios
usus liberalitatem: ut omittam collegia et Seminaria ab ipso ad sum-
mum & singulare totius Europæ refugium & præsidium paternè e-
recta, & liberaliter dotata, hoc certe tacere nec possum nec debo;
inuentum nempe fuisse post mortem ipsius Regestrum (ut vocant)
eleemosynarum, quas sua manu secreto fecerat, quæ in unum collectæ
summā nongentorū millium aureorū conficiebant. Quid Sixtus s.
non & ipse præter alia Christianæ pietatis opera, quæ fœliciter
epit, & plura quæ Deo volente præstiturus est, eadem collegia et
Seminaria à Gregorio incæpta liberaliter promovet & conseruat il-
lis suppeditans singulis annis 40, milia aureorum, ut nihil hic dicam
de Seminarijs apud Antipodes nempe Iaponios, ad quos se extendit,
etiam nunc pia liberalitas Summorum Pontificum, Gregorij XIII, et
Sixti V, quibus ille quatuor aureorum millia in annos singulos attri-
buit; iste vero duo millia prædictæ summae superaddidit. Et tu
Volane, tam ne es curiosus in aliena Repub. ut quæ domini in Repub. tua,
atq; adeo in hac vrbe Vilna geruntur ignores? An nescis miser in hac
ipsa vrbe Vilnen, esse seminarium pro varijs nationibus, quod Roma-
ni Pontif. eleemosynis sustentatur. In nunc Volane, & fronte tua me-
retricia quæ omnem pudorem exuit tuis rapacibus Calvinistis præ-
dicat

Mendaciū
51.

dica Romanos Pontif. nihil vnguam pauperibus elat. Collige omnes tuos Euangelicos tam Lutheranos & Caluinistas, quam Anabaptistas & Arrianos in vnum cumulum: & videamus an omnes simul totū his septuaginta annis quibus Europā seditiose perturbarunt, & crudeliter afflixerunt, Ecclesiās & Monasteria spoliando, & Catholicos trucidando, tantum sītēt elargiti pauperibus, quantum vnu Gregorius XIII. in tredecim annis distribuit. Videl, & magno suo malo orbis Christianus istas tuas rapaces harpyas sentit, his septuaginta annis plusquam millies milena millia aureorum, in Europa Dei seruis, à pijs nostris maioribus relicta rapuisse. Quas vero eleemosynas vicissim tui boni Euangelici, ex tantis spolijs ac rapinis dederint, præter omnis generis cruciatuſ & tormenta, gladios & ignes, vulnera & cœdes piorum, nondum videmus. Istaſ eleemosynas fere quotidie, & liberaliter sanè distribuitis in Gallijs, Belgio & Anglia: nec nobis aliae eleemosynæ sunt à vobis expectandæ, si decretum illud Geneuense supra nominatum, de mactandis omnibus, qui vestro Euangeliō aduersantur executioni mandare velitis. Nam ut habet ille celebre dictum Zwingli bellatoris vestri: Euangeliū istud sitit sanguinem.

Erasmus in
Epistola ad
fratres infer.
Germ.

Mendaciū

52.

Romanum Pontificem, vocas Pag. 31, prostibulorum Magistrum, quia multa meretricum millia tolerat in vrbe. Stupiditatem huius bouini capit: ô acumen Volanici cerebri ex aliquo sane dolio ceruise Lwowskouien, de promptum: quæ est ista obsecro consecutio: Pontifex tollerat in vrbe meretrices: ergo est magister prostibulorum? Quid? nunquid non perinde est, ac si quis diceret: Princeps aliquis in suo dominio tolerat ebriosos; ergo est magister ebriosorum? Sed missam faciamus Volani stupiditatem; examinemus eius in mentiendo impudentiam. Certe in vita Pii V. Italice ædita Pag. 49, refertur ipsum mandasse sub graubus penit, ut omnes meretrices spatio dierum quindecim non solum ex ipsa Vrbe, sed etiam ex toto status Ecclesiastici dominio discederent; nunquid Volane secundum nouam tuam Dialecticam expellere meretrices ex vrbe

vrbe, est eas in Vrbe tolerare? Sed demus tibi Pontifices aliquos ad
 maiora mala vitanda eas in Vrbe tollerasse, quid inde colligis contra
 nos, quod aduersum te tuosq; Euangelicos non militat? Nunquid
 enim apud vos Euangelicos viros non tolerantur meretrices: nunquid
 oblitus es Lutheri tui verbo & scripto meretricium non modo toleran-
 tes, sed etiam suadentis? nunquid Geneua non tolerauit Bezan, cum
 Candida meretrice ipsius per annos plurimos? nunquid Bolsecus in
 vita Beza pag. 34. & 35, non ostendit Geneuam, quam tu Vrbem
 sanctam appellas: esse meretricum prostibulum ac lupanar, &
 receptaculum ac cloacam omnis generis hominum sceleratis-
 simorum. Si in tanta lute vestri Euangelii, & in Ecclesiis (si Diu-
 placet) tam reformatis tales tolerantur, quid mirum si id fiat in Cy-
 merijs (ut tu loqui soles) tenebris Rom. Pontificum, ubi lux vestri
 Euangelij nondum effulgit.

VNum adhuc Volane vel potius tria pro conclusione mendacia ad-
 dam ex cap. 5, lib. tui contra Vegam, loquens enim de Catholicis
 & Eucharistia sic ait: Crassa & absurd a istorum hominum o-
 pinio est, qui ad capiendum hunc cibum, ventrem non men-
 tem, dentem non fidem, fauces non cor afferenda iudicant.
 Mirarer sane tuam impudentissimam mentiendi libidinem, nisi sci-
 ent te iampridem omni pudori hominum, omni timori Dei, conser-
 tione doniq; propriæ nuncium remisisse ac bellum indixisse. Et sane
 Volane donec ista tua tam tetra ac putida mendacia, que in una breui
 periodo absq; certo arguento, ratione vel teste cumulasti probaueris,
 habeberis d:inceps apud Catholicos Iudeus, vel Mahometanus bapti-
 zatus, sicut te tuusq; Caluinistis tui fratres Euangelici, Lutherani ap-
 pellant. Estne Volane in orbe terrarum Catholicus aliquis, qui vn-
 quam aliquid ex his tribus tuis puditiis mis mendacijs, afferuit, scri-
 psit, docuit? Magis Volane sic iur ad inferos & ad Diabolum
 patrem mendacijs. Times forte ne apud patrem tuum in inferno non
 sis habiturus satius honoratum locum, nisi in hac tua tremula senectute,
 gnatiter, impudenter, ac furiosè mentiaris. Si Ecclesia Catholica
 iudicat

Mendaciū

53.

iudicat ventrem non mentem, dentem non fidem, fauces non cor ad hunc cibum capiendum afferenda: quorsum eadem Ecclesia in Concilio Tridentino statuit nemini licitum esse communicare, nisi fuerit contritus & confessus peccata sua? Quorsum Ecclesia semper ha-
 Etenuis obseruauit, ut nullus ad communionem admitteretur, nisi iuxta præceptum Apostoli, prius esset probatus per confessionem & contritionem. Nunquid confessio peccatorum & contrito sunt opera ventris, dentium ac faucium, & non potius purificatio & præparatio cordis & mentis ad hoc cœleste conuiuium? Quorsum Ecclesia nulli ministrat hunc cibum, nisi prius credit firmiter Christi sacram corpus esse, realiter praesens in sacra hostia? Nunquid nostri boni Lithuaniani ieunant triduo ante communionem, ut præparent ventrem, dentes ac fauces? An audisti aliquando ventrem & fauces per ie-
 jinium, & non potius mentem præparari? Ad vestrum scelerate senex prophanum panem & poculum sufficiunt fauces, venter & dentes: cum ibi præter somnium capit is vestri & frustum panis et vi-
 ni, nihil sit quod realiter capiatur magis, quam somnians capit realiter cibum, quem somnias se comedere. Vnde non solum in iuscule à pueris ministri, quod ex prophana mensa vestra remanserit; sed etiam à canibus commestum, noui. Quoniam vero huius libelli feci mē-
 tionem, ut lector istius Lithuaniae Antichristi & deliri heretici va-
 nitatem, futilitatem, & garrulitatem in virorum doctorum scriptis refutandis melius aduertat & cognoscat: Volui obiter hæc pauca de eo libello adnotare. In primis, si quis Volani responsum cum do-
 ctissimis Vegæ Assertionibus conferat, perspiciet profecto illum, ne media ex parte eas attigisse, ne dicam refutasse. Arripuit homo hereticus, & ignorantiae suæ male sibi conscius, hinc inde frustula que-
 dam, quæ putabat se posse aliquo saltem modo refellere: reliqua vero in quibus negotijs cardo vel maxime vertitur, ac si non fuissent ab eo vi-
 sa vel lecta pertransijs. Atq; hic est eius & omnium hereticorum nostri temporis mos in Catholicorum libris refutandis: quod ego mul-
 ti exemplis probare possum; sed nunc uno Volano ero cōtentus. Quæ
 est enim

est enim huius hominis impudentia, totum caput primum Assertionum Vegae, quod quadraginta constat assertionibus, pretermittere e in quibus Doctissimus Emmanuel pugnam, discordiam, rixas, non modo Lutheranorum cum Caluinistis, sed etiam ipsius Caluinis secum circa coenam Domini, evidentissime demonstravit. Rursus cap. 5. Vegae, constans Assertionibus 20, in quibus solidè omni genere argumentorum probatur Transubstantiatio contra Caluinistas & Lutheranos: Volanus uno capite, quod primum in suo libello facit, expedit: Cuius ille capitum (cum ex quatuor pagellis constet) tres quidem priores, solitis conuitijs, more suo Euangelico implet: in quarta tandem aliquid dicit, sed neq; sine conuitijs, quæ passim miscet, neq; magis ad propositum, quam si argumentaretur, à baculo ad angulum, ut in scholis dici solet. Conferat Lector illa capita, & idem dicet, nisi sensu communiceare. Ad hæc totum caput 7. Vegae, ex 22, Assertionibus cōstās, in quibus egregie probatur, Christi in Eucharistia adoratio, Volanus cap. 5. sui libelli, paucis lineis absoluit; dicens: Patres per adorationem nihil aliud intellexisse, quām ut diligenter prouideamus ne qua mica corporis Christi, per negligentiam ex manibus nostris in terram cadat. Deniq; argumenta Vegae ducta ab Assertione & miraculis Eucharistiae stolidè refellit, dicens: Assertionem fuisse superstitionem: miracula, prestigias dæmonum. Et cum ipse sit asinus stupidissimus, audet tamen appellare Catholicos stupidas pecudes, propter fidem, quam de Eucharistia habent. Ex his autem quæ dicta sunt, prudens lector facile poterit estimare, quid de toto illo libello sit sentiendum. Hæc cum ita se habeant gloriantur tamen iste ridiculus Thraso, & ipse sibi in varijs scriptis suis pœna passim occinit, quasi Transubstantiationis impium dogma penitus euerteat. Nec desunt stulti Gnathones, & insani Poëtastris, qui huic deliro Thrasoni pœna quoque occinant, & hunc miserum nem philautia nimium tumentem, stolidè illi adulando, suauiter ad infernum suis carminibus tanquam Syrenum vocibus deducant, & eō eundem comitentur. Nam cum delirus senex in prefatione sua aper-

te fateatur se non his ingenij viribus instructum, neq; ea doctrina per politum ut fallaces & captiosas omnes Iesuitarum tendiculas dissoluere queat ; *Stultus tamen ille puer & ineptus poeta ster canit ad aures eius ; Scargam & Vegam ab eo prostratos esse & deuidos.* *Delyrus senex fatetur se non posse Iesuitis respondere : Stultus puer ait senem viciisse Iesuitas.* *Elige Lector cui velis magis credere ; an deliro Volano, an vero stulto poeta astro.* Dolendum sane homines prudentes tam deliro homini tam ridiculo Thrasoni, tam blasphemо hæretico aures prebere : eas vero Dei inspirationibus, & p̄ijs sancte Ecclesiæ vocibus quibus ad æternam salutem inuitantur occludere-

De conuictijs, calumnijs, & imposturis Volani.



Vemadmodum in mentiendo egregie profecisti Volane, ita & in conuiciando te bene versatum ostendis : proinde sicut parcus fui in mendacijs tuis colligendis, ita in conuictijs refellendis ero parcius, ne responsio ista mea, quam opto esse brevissimam, nimium excrescat.

Rides in primis & absurdum tibi videtur, te à Boiero Etymologiam nominis tui in suo carmine inuestigāte, Bouem vocatum, & nihilominus boues ipsius iudicio in Diuos boare. Sed non est loquacule insulse quod hic tam festiuē ludas. Nunquid enim non, ait, scriptura : *Vaccæ pingues audite verbum Dei : Si vaccæ pingues possunt verbum Dei audire, quid absurdum erit si bos Volanus dicatur in diuos boare, nisi forte nolit id facere deinceps, quia est Bos macilentus & non vacca pinguis.*

Iubes me à scriptione temperare & potius Canonas Grammatices

matices addiscere; in quibus ais me pueriliter s^æpè errare.
 Sed tu Volane liberasti me ab onere; isti tuo conuitio respondendi, cum
 ne vnum errorem meum in Grammatica ostenderis, sed nec ostendere
 potes, nisi forte typographi errores, qui ex festinatione nimia non sunt
 omnes satis ut volebam correcti. Aduerto tamen, quod si desint in
 verbis meis Solæcismi, tu ne videaris mendax, verba mea inuertas, ac
 Solæcismū, vel certo sensum omnino obscurū conficias. Quod pag. 4.
 respōsitionis tuae dū egregie pro tua integritate præstas mox insano aut
 ebrio similis exclamas. Ita hic Canonicus deblaterat, ita bal-
 butit, vt nec quid dicat ipse intelligat, nec certe mentem ho-
 minis ego assequor. Quid aīs insane? an non emota mentis te esse
 declaras, dum me maledictū ac conuitijs ita oneras: & nihilominus
 quid dicam, quidue mihi velim fatearis te non intelligere? Si mentem
 meam non es assūctus: cur iusulse blateras? cur contra eā
 exclamas quē ut ipse fateris non intelligis? Helleboro caput istius
 Lwonyk ouien. v. Stri, purgandum potius o Caluinistæ curate, quam ad
 scribenda tam putida & inepta instigate. Sed quid aīs Volane, ego
 nō vñquam scripti te nobilitatem falso usurpare? aut prædia quæ pos-
 sides extorsisse? adeone es stupidus, vt nescias adhuc distinguere in-
 ter propositionem affirmantem & conditionatam? adeone es maliti-
 sus ut quæ conditionate potulerim, tu vt affirmate dicta scribere au-
 eras? Si verba mea non peruerisses, sed vt iacent adscriptisses sta-
 rim lector tuam ignorantiam ac maliciam deprehendere potuisset.

Sed neq; miror me à te de solæcismū reprobandi, cum magister tuus
 Beza Euangeliātā Lucam Solæcismi coarguat. Vbi enim ait Lucas
 de sanguine Domini, qui pro vobis effundetur, cum hæc verba, in-
 quid Beza, necessario non ad sanguinem sed ad poculum per-
 tinent; neque tamen de vino, nè dum de poculo intelligi pos-
 sunt: aut manifestum est Solæcophanes: aut ex margine in
 scriptum irreplerunt. Omnes tamen vetusti codices nostri
 sic scriptum habent. Aduerte quæso Lector quam egregie isti
 Dei sacratissimum verbum, quando eorum hæresibus non fauet tra-

Kij

Etant.

Luc. 22.

 Annot. Nos
 ihi Pest. anno
 1556. Gene-
 ux.

stant, Sed lepide quidam Calvinista hunc tam sedum sui Magistri lapsum excusat dicens; Beza per solæcophanes non intellexisse Solæcismum, sed phrasim seu figuram elegantioris sermonis seu locutionis. At si ita intellexit Beza, non erat opus ut eodem loco diceret D. Lucam rectius Graece loqui nec ut excusaret eum his verbis; Necq; causam, inquit, video, cur Solæcophanes Lucas usurparet. An forte non licuit D. Luca elegantiæ sermonis uti; an elegantiæ sermonis in D. Luca eget Beza excusatione; An docuisset eū Beza melius Graece loqui; si per Solæcophanes intellexisset elegantiam sermonis, & non solæcismum; imo quia putauit esse verum solæcismum, excogitauit illud perditum refugium scilicet verba illa ex margine in textum irrepisse contra fidem omnium suorum exemplariorum.

Quod autem dicas, me cum Grammaticè loqui voluerim, Iesuitas omnes subito canes effecisse: hoc cur à te dicatur non intelligo, nisi forte, quia verbo latrandi vsus sum. Sed non omnes Volane qui latrare, aut simul cum alijs latrare dicuntur, canes sunt proprie dicti: cum utraq; vox ab optimis lingue Latinæ authoribus, hominibus qui canes non sunt attribuuntur. Sic enim & te ipsum canem subito esse probares, qui allatrandi verbo, & in Apologia, & in hac responsione tua non semel veteris. Et canes essent tui Calvinistiæ, qui in suis scriptis egregie Rom, Pontif. & alios in dignitate constitutos, imo ippos cælites allatrant. Certe hic omnibus Grammaticis ridendum te ac conspuendum propinas. Non legisti Rodolphum Agricolam dicentem: Occurenti allatrase non Erasmus simili dicendi forma vtenrem; Canis ignotis omnibus allatrat; Num hic dices illos dum Grammaticè loqui voluerunt homines subito Canes effecisse; num te meliorem Latinitatem authorem quam erant Agricola & Erasmus audes asserere; Itaque delire senex: esto deinceps & in scribendo considerator & in carpendo cautior. Certe malim ego cum Erasmo & Agricola Grammaticè verum loqui, quam cum ipso Cicerone more tuo splendide & eleganter mentiri. Sed quid est hoc, quod pag. 10 scribis: Dominus panem in manus acceptum corpus suū illud

illud vocauit? Certe Tertullianus: Dominus, inquit, acceptū panem corpus suum illum fecit. Verum tu cum Sudrouio tuo, (de cuius phrasibus postea) voluisti elegantius loqui, dicendo (illud panem,) ubi si examinarem per quam regulam Grammaticam, tu (qui me toties ad Canones Grammatices relegas, & tantus in Grammatica Rabbinus videri vis) id dixeris: forte non facile scires quo te verteres: & si exemplum simile à te peterem ex aliquo authore probato, vereor ne nullum possem adferre.

Parentum tuorum non splendidam fuisse fortunam fateris: addis tamen eas ab ijs maioribus prognatos, qui opibus & dignitate aliquando floruerunt. Scio Volane te habuisse parentes bonos & Catholicos, quibus nihil credo in vita grauius contigit, quam quod te haereticum pessimum filium habuerint. Erant illi Coctores ceruise in oppido Lwowko, septem ab urbe Posnania milliaribus, occidentem versus distante. An vero maiores tui aliqua in Polonia dignitate floruerint, restat adhuc tibi probandum, alijs vix credibile videtur. Miror Volane te tam aperite negare, nomen tuum tale quid significare, quale ibi Boierus in suo carmine adscribit. An non Wot bos est Sarmatice? an non anus est vetula latinis? Optime igitur Boierus Poeta noster scripsit.

Wot, bos Sarmatice est. Anus est bene nota Latinis.

Quid tibi cum Bobus? quid tibi cum vetulis?

In Diuos quia multa boat blaterat qd Volanus

Aptum bos illi nomen anusq dedit.

At Origanus tuus stulte plane ac inepte: nam cum nomen Canonici fuerit in vsu Ecclesiæ Catholicæ, multis annorum centurijs, nemo opinor usq ad hunc insulsum poetarum & Gnatonem tuum, tam stultus aut ineptus est: qui illud à Cane, & non à Canone, deriuaret. Itaq rectius multo dixisset:

A Cane Canonici nomen deducere stultum est:

A boue Volani, sed benè nomen habet.

Sed age bone vir, tu qui me tam acerbe dente tuo canino mordes, ac

K. iij per strin-

perstringis, propter libelli mei inscriptionem, dic unde hunc tam splendidum titulum Magni Ducatus Lithuaniae Secretarij, nactus es? A Regia maiestate inquires: at qui non desunt plurimi viri cum primis nobilibus, & in hac Repub. Lithuania satis versati, qui suspicantur hanc inscriptionem, quam huic tuæ putidæ Defensioni præfigi furtiuam & ambitiosam valde, ac arroganter esse. Furtiuam quidem, eo quod in hac Repub. nulla haec tenus fuerit talis dignitas, nempe ut quispiam Secretarius Magni Ducatus Lithuaniae diceretur. Ambitiosam ac arrogantem, quia si tu es unus tantum ex minoribus Secretarijs, quis fastus est, quæ arrogantia Magni Ducatus Lithuaniae Secretarium se nominare? Nam hic titulus à nullo haec tenus quod sciam Secretario in publicis eorum scriptis usurpari solet. Communiter enim se vocant ac scribunt Secretarios Regios: nec titulum Ducatus Lithuaniae, magis sibi adscribunt, quam Polonie.

Mirificè deinde iactas diuina tuorum monumenta, quæ, aīs in dies prodire contra Iesuitas. Et in Apologia: Sadelem, Witakerum, Humfredum usq; ad cœlum extollis, quod contra eosdem scripserint. Sed tu homo rusticanus, & in vacuis ac bobis stabulandis occupatus, parum videris, scire de monumentis doctorum virorum, quæ in lucem prodeunt. Quot enim ego tibi Theologorum Societatis Iesu scripte superius citoi, quæ tantum abest ut tu videris, ut pleraque eorum ne de nomine quidem noueris? An non manifeste tuam prodis ignorantiam, quando in hoc scripto tuo, de Sandero tanquam de scriptore tibi ignoto (cuius tamen opera multa, eaq; omnium iudicio de Etissima passim in manibus Catholicorum & hereticorum habentur) loqueris? Porro, quod ad tuos præstantes istos viros attinet: scias Volane Arturum ita obturasse os tui Sadeelis, ut illud haec tenus non sit ausus contra illum aperire. Humfredus vero tuus quodam libello anno 1586, contra illum edito: toti terrarum orbis conspiciendis, ob tetra sua in scribendo mendacia est propositus. Nos Volane, storum Doctorum tuorum scripta legimus, ut ex ijs quæ citamus aduertere potes, & tamen quid præter nugas, nouis subinde coloribus afferas afferant, animaduertere

maduertere non possumus. Te autem scripta Haiorum, Dureorum,
 Torrensium, Turnoniorum, legisse, ut iactas, vix credo: imo præter
 unum Turriani contra te librum alia credo te ne vidisse quidem. Non
 est tuum Volane d' Etorum hominum scripta legere: Agrum colere
 & vaccas ac boues, vt tuo nomini respondeas stabulare, tuum est. Nā
 sis fortunam te hisce negotijs addixisse. Velle semel legeres Du-
 rēum, & cum eius libro conferres Witakeri tui confutationem: per-
 spiceres profecto, eum vix medianam libri partem refutasse: sed more
 tuo & omnium ferc hereticorum multa præteriisse: et interdum qui-
 dem tria, vel septem integra folia simul: vt manifeste tu ipse ex col-
 latione paginarum posses apud Witakerum pag. 225, & 524, ad-
 uertere. Neque vero dicere potes talia esse quæ ille omisit, vt non
 sint refutatione digna. Nam Dureus pag. 235, verba Caluini de Chri-
 sti in cruce desperatione ei obijcit: Et rursum, alia ex lib. 2. Instit.
 cap. 16, pag. 10, Christum videlicet diros in anima cruciatus dam-
 nati ac perditī hominis pertulisse. Quid ad hæc tuus Witakerus?
 planc nihil, sed totum illud folium 235, penitus omisit, vbi vel ma-
 xime Christum à desperatione, & Caluinum suum à blasphemia de-
 fendere debuisset. Multo plura eiusdem generis possem adferre,
 si breuitati studerem. Iam vero quantæ eruditio sit Witakerus,
 vel illud unum declarat, quod nesciret quid esset persona. Nam pag.
 145, contra Campianum, fatetur Beza duas vñiones hypostaticas
 in Christo posuisse, alteram animæ cum carne, alteram diuinitatis ē
 humanitate. Sed ex eo dicto, inquit, non sequitur, duas esse in
 Christo personas, etiam si sint duæ hypostaticæ vñiones.
 Hunc eius errorem coarguit Dureus, fol. 228, ostendens hypostasim
 ac personam in his, quæ ratione prædicta sunt nihil differre; ita, vt si
 in Christo duplex sit vñio hypostatica, duplex quoque sit persona,
 quod sane Nestorianum est. Ecce tibi Nestorij hæresim inuenimus
 in istis tuis duobus doctissimis viris, Beza & Witakero: vt deinceps
 iure nobis succensere nec debeas, nec possis, si vos hereticos vocamus,
 nisi forte Nestoriani apud vos & vestrum Lutherum, Catholici sine

& non:

¶ non hæretici. Vū ne etiam videre blasphemiam Witakeri? Ecce eam tibi pag. § 42, ait Christi diuinitatem in cruce passam esse. Si quidem vult Christum seipsum obtulisse secundum suum spiritum æternum: ergo secundum suum spiritum æternum est mortuus, ergo mundus caruit Deo in triduo passionis Christi. Vū videre hominis levitatem & inconstantiam? ecce tibi pag. § 52, vult contra suum Caluinum, idem esse & pro eodem sumi: Sepeliri Christum, & ad inferos descendere. At pag. § 44, vult cum suo Caluino; descendere ad inferos, nihil aliud esse, quam luctari cum doloribus inferni. Parvanitate ac stulticia infra de tuis authoribus Italis, Germanis, Anglis, de viris præstantibus in literis Græcis & Hebraicis gloriari. Sed instrue tuas Volane acies, quando volueris inuenies nos habere contra te duos, pro uno. Et sane contra omnes tuos audeo producere unū Robertum Bellarminum Theologum Societatis Iesu, Græcè, Latine, & Hebraicè doctissimum, in controversiis horum temporum clare, methodice, ac solidè explicandis, & hæreticorum commentis refellendis nulli plane secundum, qui velut Samson ille fortissimus, tuos istos Philistæos scriptis suis profligauit.

Procul dubio, inquis, Illustriss. Dominus Palatinus Vilnē te falsissimum vatem coarguet, qui nunquā illum panem prophanum, in nostra ccena comesturum deblateras. Atque extimo Volane, citius fore ut Celsitudo sua, te hominē mendacissimum, quam me vatem falsissimum coarguat. Nam à prophano pane cœnæ vestræ phantasticæ, ut certissima accepi relations, adeo abhorret, vt aut panem Lutheranorum in cœna Saxonica, aut certe nullum sit unquam accepturus.

Quod vero ad historiam illam, de tuo cum Vega colloquio in præsentia Illustriss. Domini Palatini habitam, attinet: illam refutandam et manifesti mendacij coarguendam ipsi relinquo Emmanueli: qui breui ut spero maledicuum, ac mendacem tuum, contra eius Assertiones libellum, luculenter & solide refutabit. Ex cuius ore quam ego eius colloquiū historiam accepi: fideliter in meum libellum retuli: cui pro-

cui profecto, quippe homini pio & docto fidē magis adhibeo, quā tibi
heretico, ac toties mendaciorū apertissimorū ac crassimorū conuictō.

Illustriss. Dominus Palatinus Vilneñ. ingenue, inquis, fate-
tur se hoc mysterium nondum capere, neq; intelligere posse,
quomodo Sacramentum ex duabus rebus constare dicatur,
cum Christus panem in manus suas acceptum corpus suum
illud vocauerit. *Ego vero non miror Illustriss. D. Palatinum non
posse hoc figmentum vestrum capere; cum nec tu ipse illud capias. nec
author eius Caluinus, figmentum suum capere potuerit.* Sic enim ille
4. *Instit. cap. 17. parag. 32.* Porro de modo si quis me inter-
roget, fateri non pudebit, sublimius esse arcanum, quām ut vel
ingenio comprehendi, vel enarrari verbis queat. *Hec ille.*

*Nec mirum si non intelligat, quod intelligi omnino non potest: quod q̄
deo stulte sibi confinxit, ut omnes qui aliquid intelligunt, intelligen-
tiae prorsus expertem illum esse videant.* *Ibidem parag. 10. ait:*
Spiritum vere vnire quæ locis dissita sunt: quo nihil absurdius,
neq; sibi magis contrarium dici potest. *Quid enim est hoc aliud,*
quā Spiritū vere vnire, quæ minimè realiter vniuntur, eaq; per Spiritū
fieri quæ ne sīunt quidem omnino. *Et lib. 4. cap. 17. par. 13.*

Christus, inquit, illis præsens non videtur, nisi ad nos descen-
dat: quasi vero, si ad se nos euehat, non æque potiamur eius
præsentia. Perpende obsecro quas iste sibi compedes injicit. *Æque*
præsentes nos Christo reddi, ait, cū Spiritu ad eū euehimur: quam si
(quod Catholicici credimus) sub panis viniq; symbolis vere, & realiter
nobiscū in terris esset. *At nos Christū profecto, non per fidē tantū,*
sed realiter in terris esse credimus: tā igitur vere ac realiter et vos in
cœlis estis. *At qui vos vere & realissime in terris esse quis nescit?* Si
vos igitur dū cœnatis tam vere ac realiter in cœlo estis quā nos realiter
Christū in Eucharistia esse credimus: miror nullū vestrū in cœlo pma-
nere voluisse. Nūquid cœlō pfectū? Suadeo igitur tibi Volane,
et tuīs, ut in proxima cœna, si in cœlū vos euectos esse senseritis, ibi per
petuo maneatis. Ita enim & vobis rectius consuletis, & terram sen-

cina malorum omnium liberabitis. Sed hoc figmentum vestrum ad vitium resecemus. Calvinistæ, Amice lector, duplē faciunt cœnam, unam terrestrem, alteram cœlestem. Terrestrem illam vocant, tum quia in terrâ sit, tum quia ex rebus terrenis constat: nempe pane ac vino eorumq[ue] esu. In hac cœna negant esse corpus Christi ac sanguinem, ne cogantur concedere Christi corpus ac sanguinem esse extra cœlū, & tot in locis, in quot locis sunt panis & vinū quæ percipiuntur. Hanc cœnam, volunt bonis ac malis esse communem. Cœlestem cœnam vocant alteram, tum quia sit in cœlo, mente eo per fidem eleuata: dum panis & vinum ore corporis sumuntur in terrâ: tum quia rotâ constat ex rebus cœlestibus, nempe corpore & sanguine Christi: quæ & res per se cœlestes sunt, & in cœlo tantum ac non alibi existunt. Hanc cœnam volunt esse communem tantum prædestinatis & electis, ut ait Caluinus in lib. de Consensu suo cum Tigurinis. Et ratio est, quam ibi tradit Caluinus: quia fides, per quam solam volunt corfici hanc cœnam, est tantum prædestinatorum seu electorum. Vnde antequam quisquam hanc cœnam sumat, oportet ut sciat se esse prædestinatum à Deo: alioquin nunquam erit certus se hanc cœnam cœlestem sumpsisse. At vero utrumq[ue] est merum delirium & somnium Caluinistarum: nempe hanc cœnam cœlestem in cœlo peragi, vel in ea aliquid cœleste realiter ac vere sumi. Nam anima nostra est, quæ hanc cœnam peragit ac sumit: ipsa vero, tam quo ad suam substantiam, quam quo ad suas operationes est in terra & in terra operatur. Nisi forte dicant, animam dum cœnat, migrare ex corpore in cœlum, ubi est Christi corpus: & sic hominem mori in hac cœlesti cœna: vel fidem ex anima in cœlum, ubi est Christi corpus migrare: & interim hominem dum in cœlis cœnat, manere in fidem, & sine fide in terris. Sed nec in cœna ista cœlesti, aliquid cœleste vere ac realiter percipitur. Nam se aliquid cœleste sumitur, illud debet esse vel ipsum corpus & sanguis Christi, vel certe aliquis succus, vigor, virtus vel effusio manans ac profluens, ex illo corpore ac sanguine. At vero corpus Christi manens in cœlo, nec animæ in cœna magis appropinquans,

In opuscul.
Cal. Genevæ
an. 1552. pa-
gina 824.

pinguans, quād ante cānā, vel quād si non eſſet in rerum natura, non
 potest aliter ab anima percipi, quam cogitatione ſola ac deſiderio.
 (hoc eſt enim per ſolam fidem, ſeu ſpiritualiter comedere) At hēc
 cogitatio ſeu deſideriū mentis, in terra fit: ſcilicet in anima: et nō ma-
 gis vnit animæ noſtræ realiter corpus Christi cogitatū ac deſideratū,
 quād cogitatio & deſiderium cibi in famelico, vnit ipſius ori vel ſto-
 macho realiter cibum absentem, ab eo cogitatum, ac deſideratum.
 Porro vt non ſequitur; hic homo famelicus, eſt pransus mentis ſuę co-
 gitatione ac deſiderio: igitur verè & realiter eſt pransus. (pancos
 enim reperies, qui huiusmodi prandio ſatisfieri ſibi velint: niſi reuera
 aliquid latranti ſtomacho ingerant) Ita qui per fidem id eſt, cogitati-
 one tantum ac deſiderio comedit Christi corpus, non realiter ac ſub-
 ſtancialiter illud comedit. Cum tamen vos Caluinistæ ut populum de-
 ludatis, ſepiffime afferatis in hac cāna cæleſti, verè ac realiter ſumi
 corpus Christi. Rursus ſicut famelicus ille cogitando ac deſideran-
 do cibum, nullum hac ſua cogitatione ac deſiderio realē ſuccū, vel vi-
 gorem, virtutem vel efficaciam ex cibo cogitato vel deſiderato extra-
 hit realiter: ita nec vos cogitando mente, ac deſiderando Christi cor-
 pus, ullum plane ſuccum vel vigorem, virtutem vel efficaciam realē
 ex Christi corpore extrahitis aut reportatis. Quid igitur ſumitis
 realiter, ſi nec Christi corpus, nec ſuccum eius realiter percipitis.
 Videtur ſane mjh Caluinistarum cāna ſimilis conuiuo illius, qui ami-
 cum ſuum inuitauit, ad perdiſes: & cum ad prandium ventum eſt,
 apponit illi perdiſes ex pane confeſtas dicens: Amice has perdiſes
 manu cape, & ore ſume, ſed interim dum eas sumis, mentem eleua ad
 perdiſes in aere volantes, & illas ſpiritualiter & mente comedere.
 Sic iſti Caluinistæ, promittunt hominibus in ſuę cāna corpus & ſan-
 guine Christi: cum autē ad cānam ventum eſt, iubent eos panem ac vi-
 num manibus accipere & ore comedere: at interim mentem in cālum
 leuare ad Christi corpus ibi & non alibi existens. & per fidem illud
 comedere, cū interim non magis attingat, aut ſumant ſua fide corpus
 Christi in cālis, vel aliquem eius ſuccum aut vigorem; quād ille con-

uiua perdices in aere volantes, vel earum succum, vigorem ac virtutem.
 Denique tandem recidit ista præclara cæna Caluinistica: ut dicant
 cænam suam non habere vim, ut nobis in præsentî communiceat corpus
 Christi, vel eius succum & vigorem, virtutem vel efficaciam; sed
 tantum ut significet, nos antea accepisse Christi corpus & ipsius esse
 membra. Hoc habet Caluinus lib. 4. In stit. cap. 17. parag. 2. ¶ 4.
 Et Beza in solutionibus contra Illiricum sol. 23. verba eius sunt.
 Neque ad cænam accedimus, ut tum primum Christo incorpo-
 rati accipiamus bona ipsius, cum iam in baptismo ipsum indu-
 erimus: sed ut quod obtinuimus in nobis, magis ac magis obli-
 gnetur. Et Volanus pag. 121. in defensione cænae; Nihil, inquit,
 est aliud sacra cæna, quam certa & conspicua promissionis
 eius, quæ apud Iohannem habetur, testificatio. Cum tamen
 Christus Dominus, non ob-signationem aut testificationem ex cæna re-
 portandam, sed vitam ipsam inde hauriendam doceat Iohan. 6. qui
 manducat hunc panem vivet in æternum: Et, qui manducat me, vi-
 uet propter me. At ex sententia istorum porrigit cænam Christi,
 est solum testificari hominem iam esse cœnatum. Caluinus enim in
 lib. de cæna Domini docet præparationem ad hoc Sacramentum nece-
 sariam esse, ut quis antea habeat fidem, & proinde sit iam mœbrum
 Christi. In hoc autem, quod fidem habeant, & se membra Christi
 cogitent, consistit Caluinistarū cæna cœlestis: unde antequam cænam
 terrestrem ex pane & vino constantem comedant, iam sunt domi suæ
 cœnati in cœlis, nisi forte bis velint sumi cænam cœlestem, semel domi
 pro præparatione, ut iubet Caluinus, & iterum in Synagoga pro re-
 fectione, ut vult Volanus. Quid autem amplius percipient ex cæ-
 na cœlesti in synagoga celebrata, quam ex altera domi facta, hactenus
 non possumus intelligere: nisi quod dicant, in Synagoga suos sumendo
 panem ac vinum, testificari se iam antea cœnatos esse. Summa eo re-
 dit: ut Caluinistæ cænam Domini omni privilegio spolient; nec ullum
 proprium effectum illi relinquant. Nam nec in cæna incipit perce-
 ptio aliqua carnis Dominicæ, nec cum illa definit; si in cæna per solam
 fidem

fidem carne Christi potimur. Nam per fidem etiam in baptismo, in
 auditione Euangeli, alijs q̄ huiusmodi rebus, quibus fides excitatur in
 Christum, etiam aduersariorum confessione, caro Christi spirituali-
 ter comeditur, & participatur: non minus ante, quam post ipsam
 cēnam. Quod enim cānē tribuunt vim obsignandi & confirmari
 di participationem illam, & fidēm excitandi: hoc non competit sin-
 gulariter ipsi cānē, sed est illi commune cum baptismo, atque alijs fa-
 cramentis, ac signis à Christo institutis. Itaq̄ ne spiritualem qui-
 dem mandationem cānē suā relinquent. Si enim accedens ad cā-
 nam, nihil de carne Christi comedit; nisi per fidem: certe necesse est
 fidem præcedere, & domo eam ad cānā adferri: quæ cum adeſt spi-
 ritualem eſum etiam ante cānē ſumptionem implet, qui pro mensura
 fidei peragitur. Vnde ipsa cāna homini nec fidem, nec carnem Chri-
 ſti, nec eius spiritualem eſum præbet: nec per cānam de carne Christi
 plus acquiritur, quam ad eam adfertur: & quam sine ipſa cāna, aut
 extra ipſam, per fidem perficitur. Itaq̄ quid relinquant proprium
 & peculiare ſuā cānē non video: niſi ſolum comedere fruſtrum pa-
 nis, & vini haſtum ſumere, de manibus alicuius impuri nebulonis.
 Deniq̄ adeo ſunt inconstantes, ac varij iſti boni Caluinistæ: vt non fa-
 cile lector ex illorum ſcriptis cognoscat, quid per cānam intelligent,
 ut quomodo cāna fiat, aut quid ſit illud quod in cāna ſumitur: aut
 quæ ſit fides quam in cāna requirunt: aut deniq̄ quid ſit spiritualis
 mandatio, quam ſemper in ore habent. Qui mihi non credit, legat
 doctifimum illum Sanctissimum de Euchariftia Repetitione 6, cap. 1,
 & quatuor ſequentibus iſtorum de hiis rebus discordias referentem.
 Porro illud ſigmentum ſcilicet quod fides res abſentes facit præfen-
 tes, quam ſit verum vel hoc uno exemplo potes Volane aduertere. Si
 ego Beザam tuum Laſannæ cum ſua Cādida verſantem: crederem eſ-
 ſe Vilnæ in patibulo pendentem, an propter hanc meam fidem, Beザ
 cum ſua Candida inter latrones in patibulo penderet? An non ut iſta
 mea fides eſſet vera, oportaret illum vere à publico iuſtitiae executo-
 re, in patibulo prius ſuſpendi: quam ego poſſim aut debeam vere cre-
 L ii
 dere.

dere, illum esse in patibulo suspensum? Hoc igitur exemplo vides opinor, fidem rebus absentibus, nullam posse realem rebus praesentiam dare. Verum quia Vega in Assert. sua 151. & quinque sequentiibus, ita solidè ac doctè hoc vestrum figuratum euerit: ut Stupidi-
tas ac ignorantia tua Volane eas non potuerit refutare, ad eas Lecto-
rem plura de hac re scire cupientem remitto.

Porro, esse alium modum sumendi Christi corpus quam per solam fidem, ex his arbitror constare posse. Nam Christus ipse hoc Sa-
cramentum una cum Apostolis in coena illa ultima sumpxit, ve docet Hierony. Epistola ad Edibiam quest. 2. & Chrysost. hom. 83. in Matth. Eschius lib. 2. in Leuit. cap. 8. Christus vero non habuit fidem (fides enim est argumentum rerum non apparentium) Christo autem nihil fuit non apparenls, secundum illud, quod dixit illi Petrus: Tu omnia nosti: fides igitur non fuit in Christo; nisi dicamus Petrum hic mentitum esse. Alio igitur modo Christus suum corpus sumpxit, quam per solam fidem. Rursus, Christus promittit se daturum carnem suam in cibum, ac sanguinem in potum; alio igitur modo dedit postea in coena quam per fidem. Nam ab origine mundi suis electis dabat suam carnem, per fidem manducandam: cum illam per fidem manducare, apud vos nihil sit aliud, quam credere. At cum Christus verba illa Iohan. 6, proferret, erant ex eius discipulis aliqui in eum tunc credentes, & qui consequenter eum iam per fidem comedenterant. & tamen ille promittit in futuro se daturum illis suum corpus & sanguinem in cibum & potum. Quis ergo, nisi cœcus, non videt, eum realiter sub speciebus panis, ac vini, sese fuisse daturum? Quis enim sapiens promitteret alteri se daturum, quod iam habet; nisi saltem alio modo quam iam habebat dare vellet. Hic autem mo-
dus quis potest esse alius, nisi vt corpus eius, quod antea sola animi ap-
prehensione, comedebatur per fidem; nunc, vt ait Aug. corde simul
& ore comedatur, nempe realiter sub symbolis panis & vini. At
vestra sententia, nec aliquid eis nouum, nec novo modo promisit. Non
aliquid nouum, quia hoc debuit esse ex sententia vestra corpus Christi
per fidem:

Heb. 11.

Iohan. vlt.

Iohan. 6.

per fidem: at hunc cibum patres, ab origine mundi, & discipuli praesentes iam comedebant, credentes in eum. Non nouo modo, nempe in nouis ac nudis signis panis & vini. Nam in talibus signis iam olim Patres, Christi corpus et sanguinem habebant, nempe in pane & vino quae Melchisedech Deo obtulit, ut docet D. Aug. lib. 83. qq. questio-
ne 61: & rursus, in pane & vino oblatis, cum agnis anniculis Exco-
di 28. Præterea malos manducare Christi corpus, & eius sanguinem
bibere, constat ex Paulo. Dicuntur enim, rei corporis & sanguinis;
quia nimis illa indignè manducauerant: non autem manduca-
uerant per fidem indignè: nam cum fide nulla apud vos, potest esse
indigna manducatio; alio igitur modo quam per fidem, manducauerant
indignè: nempe realiter & (ut verbo vestro utar) oraliter, sub spe-
bus panis & vini. Nam afferere, eos esse reos corporis & sanguinis
Domini, propter solum eum indignum symbolorum panis &
vini, absurdum est. Cum manna symbolum esset corporis Domini
multo nobilius pane & vino, in eoque corpus ipsius à Patribus, eodem
prorsus modo (si Volano credimus) quo nunc à Christianis in Eucha-
ristia edebatur: nunquam tamen qui illud signum indignè sumpsisset,
corporis & sanguinis Christi reus est iudicatus. Certe Origenes ait;
cibum incorruptibilem in indignorum ora ingredi. Et Hilarius ait:
anem de cœlo ab indignis edi. Et Aug. Epistola 562. Dominus si-
uit Iudam accipere inter discipulos precium nostrum: At symbola
panis & vini non sunt cibus incorruptibilis; non sunt panis de cœlo,
non sunt precium nostrum. Necessarium igitur est, si vera sunt ho-
rum patrum dicta, præter panem & vinum, seu externa symbola, a-
liquid aliud ab indignis sumi, & ipsorum ora ingredi: quod sit cibus
incorruptibilis, panis de cœlo, precium nostrum: hoc autem quid sit
aliud, præter corpus & sanguinem Christi, ne fingi quidem potest.
Cum vero ea non possint fide sumere (quam ex vestra sententia non
habent) oportet profecto, ut ore sumant, id & realiter, cum fide care-
ant, qua sola sumi possunt spiritualiter. Quæ vero Calvinus, et post
eum Volanus ex August. in contrarium adferunt, eo tantum spectant
omnia,

Psal. 37.

Psal. 1. 127.

4. Instit. c. 17.

omnia, ut neget Augustinus malos ita Christi corpus accipere, ut frumentum & emolumentum aliquod, inde referant, sive ut membra viua Corporis Christi, ex illa indigna sumptione evadant. Denique si vos Calvinisti per solam fidem comeditis corpus Christi: vel igitur comeditis per habitum fidei, & sic etiam tota die ac nocte dormientes, ac vigilantes comedederetis corpus Christi: nisi dicatis vos noctu, vel interdiu carere fide, & esse infideles: Vel comeditis per actum fidei, at quis sit actus iste fidei, inter vos non constat: & plures illum ignorant: & per eum ut supra ostensum est, nihil potest vere & realiter comedti: & qui in ipsa cœnæ sumptione esset aliquantulum indispositus, aut non sati mente attentus, aut de regione cœlesti, ubi corpus Christi immobiliter affixisti, parum cogitans: is nec in vestra cœna cœlesti adesse, nec cœnam Domini fecisse putabitur: etiam si habitum fidei iustificantis secum attulerit. Præterea actus fidei est credere, sicut Spe sperare, & Amoris amare; at Calvinus reprehendit eos, qui manducare Christi carnem, & eius sanguinem bibere, nihil aliud esse volunt quam credere, & vult potius esse effectum quam actum fidei.

4. Inst. c. 17.
parag. 5.

At Beza, contra Westphalum ait; hoc interesse in spirituali causa. 9. inter fidem & mandationem, quod interest inter manum apprehensionem, & ipsam apprehensionem. Itaque secundum Bezan apprehensio fidei, est ipsa mandatio spiritualis: at haec fidei apprehensio non est aliud, quam fidei actio: actus vero fidei est credere. Credere igitur apud Bezam erit carnem Christi manducare, quod tamen negat Calvinus.

Vides igitur Volane quanta sit circa hunc actum fidei pugna, inter Magistrum & Discipulum? Melanchton cum Beza sentit: Spiritualis, inquit, manducatio est credere, quod in carne Christi nostrum peccatum sit mortuum. Imo & tu ipse Volane tuum Magistrum Calvinum deseris in hac re: Nam in Defensione Cœnæ contra Scargam pagi. 93.

Promiscue, inquis, Christus nunc mandationi carnis suæ, nunc fidei vitam æternam tribuit, ut manducare Christum, & credere in Christum, unum idemque esse doceat. At Calvinus vult manducationem esse

in c. 10. Co-
rin. 1.

nem esse effectum non a Etum fidei: effectus autem & causa, non possunt esse unum & idem: nisi dicas idem esse causam suuipsius. Nam vero si queremus ex vobis; quando iste fidei actus est eliciendus & exercendus: an dum panis et vinum sunt in mensa, vel in manibus ministri, vel dum sunt in manibus ore, vel in stomacho manducantis et sumentis: nescio quomodo vos extricaueritis. Certe Patres, aperte docentes panem & vinum mutari in Substantiam corporis & sanguinis, clare testantur: se credere corpus & sanguinem Christi, realiter sub speciebus panis & vini contineri: ita ut ore corporis possint ac debent realiter sumi. Et ne multos enumerem. Cyprianus in Sermo de Cœna Domini aperte ait; Panem omnipotentia verbi factum esse carnem: at nulla requiritur omnipotentia Verbi, ut panis fiat symbolū carnis. Eusebius Emiss. hom. 5, de Paschate ait; Inuisibilem sacerdotem, visibiles creaturas panis & vini, verbo suo conuertere in substantiam corporis & sanguinis sui. Deniq; Gelasius contra Euthonetem ait; Panem & vinum transire in diuinam substantiam. Certe non Symbola panis & vini, sed corpus & sanguis Christi sunt diuina substantia. Huc accedit, quod Patres dicunt, Christi corpus ore corporis nostri sumi: Et pro omnibus satis erit tibi credo unus Augustinus, qui lib. 2, contra Aduers. legis cap. 9. Fideli, inquit, ore & corde carnem Christi & sanguinem eius sumim;. Sed tu responde sole tuo cum Beza; Ore sumi sacramentaliter, sed fide sola ac mente spiritualiter. At hoc est plane figmentum Bezani capitū; ec miror sane; cum tam impudenter afferatis nihil esse credendum, quod in verbo Dei scripto non reperiatur expresse; cur orbi tamen hoc figmentum vestri capitū obturatis, certa fide credendum: quod neque in ipsis scripturis, neq; in ullo unquam Patrum legitur. Damibi Volane unum sacrae scripturæ locum, vel unū Patrem, qui dicat Christi corpus in cœna manducari ore tantum sacramentaliter, & nullomodo realiter; & credimus tibi. At cū sine scripturis ac Patribus, hoc ex deliro cerebro tuo affirmasti; quomodo ergo vis ut credamus tibi, qui nihil ipse vis credere, nisi quod est expresse in scripturis? Fate-

mur & nos Christi corpus sumi ore sacramentaliter, sed non solum sa-
 cramentaliter id est in nudo signo, ut tu somnias: sed etiam vere ac
 realiter sub illis Symbolis panis & vini: ita ut sacramentalis modus
 sumendi corpus Christi, non excludat realem eiusdem corporis sum-
 ptionem ac presentium. Nam quod patres nunquam somniauerint, ex
 Sacramentali & orali mandatione Symbolorum, excludere realem
 & oralem veri corporis & sanguinis Christi sumptionem: vel ex spi-
 rituali corporis mandatione per fidem, excludere realem sumptionem
 eiusdem per instrumentum oris: clare constat ex verbis quae D.
 Aug. immediate subiungit. Quamuis horribilis, inquit, sit
 humanam carnem comedere quam perimere. Vbi aperte vi-
 des, eum locutum de reali sumptione corporis Christi ore corporeo:
 alioquin frustra illa verba protulisset. Nam, quid obsecro horroris
 habet, comedere carnem humanam Sacramentaliter tantur: id est, in
 signo nudo & vacuo carne Christi, ut tu somnias: cum hoc modo
 Patres veteres, in varijs signis ac figuris scilicet manna, agno Pas-
 chali, & alijs, carnem Christi sacramentaliter, sine ullo horrore
 ederint. Obserua etiam quomodo August. coniunctiue ait;
 nos corde & ore corpus & sanguinem Domini percipere: certe
 symbola panis & vini percipiuntur quidem ore, sed non corde: corpus
 Christi, ut est visibile in celo residens, corde percipitur in celo p
 fidem, sed non ore. Restat igitur ut illud quod corde simul & ore
 percipitur, sit Christi corpus, prout inuisibiliter & realiter contine-
 tur, sub symbolis panis ac vini. Aliud enim quod in hac cena corde si-
 mul & ore percipiatur non facile fingi potest. Et eiusdem Aug. mens
 clariss adhuc patet, ex quaest. 52. in Leuit. ubi ait; In Lege sanguinem
 prohiberi, in Euangelio praecipi. Vbi vides aliquid praecipi in
 Euangelio, quod in lege erat prohibitum: at bibere sanguinem Christi
 spiritualiter per fidem, vel sacramentaliter in nudo signo nunquam
 erat in lege prohibitum, imo potius omnibus ad salutem commendatum.
 Imo Iudei sanguinem Christi in signo per fidem bibeant: dum ex pe-
 tra aquam profluentem, quae sanguinis Christi signum erat, biberunt.

Ille igitur haustus sanguinis, qui modo præcipitur, & in lege prohibetur, non est solum spiritualis, aut sacramentalis tantum, sed etiam realis & oralis. Rursus idem Aug. aperte ait Christum, in ultima sua cena, sic seipsum ad literam gestasse, quo modo non potest aliquis homo seipsum gestare: nempe vere ac realiter sub speciebus panis & vini, & non sola similitudine ac figura: cum facile sit cuius homini suam imaginem, figuram ac similitudinem manibus suis gestare. Denique Patres supra citati, præter mutationem sacramentalem panis ac vini, in Symbolo corporis ac sanguinis Domini: agnoscunt etiam aliam realem ac substantialem mutationem substantiae panis ac vini, in substantiam corporis ac sanguinis eius, ut aperte constat ex verbis eorum iam citatis.

De Stanislao Sudrouio utrum fuerit Carnifex, an non, non multum tecum contendam: & parum mea interest. Duo tamen sunt quæ eū de tam præclara arte valde suspectum reddunt; Alterum est communis populi vox. Aiunt enim, propter orbem argenteum furto sublatum, Leopoli suspendendum fuisse: suspendium tamen officio carnificis assumpto, evasisse. Alterum est, quod nullus ceterorum superiorum comministrorum, ut Matthias, Ulricus, Chrysostowski, Daniel, filii huius farine prædicantes (licet omnes eandem quam ille haeretim prædicent) habentus quod sciam, carnificis nomine sit honoratus. Et sane audiui, Ulricum Saxonem, quo tempore in vestra versatus est Synagoga, Stanislaum istum Sudrouium, non modo carnifice m sed etiam Arrianum existimasse, voluisseque publicè coram universa nobilitate Lithuania, eum Arrianismi conuincere. Dicuntur etiam litteræ ab eo scriptæ, in quibus, ait, se pertesum esse personarum filij & spiritus sancti, sufficere sibi solum Deum Patrem. Et semel ita conexuit in Concione Christum & sanctum Martinum; ut non maioris videatur Christum estimare quam S. Martinum. Quoquidem verbo Germani aliqui eius auditores, non parum sunt scandalizati. Hæc sunt quæ de illo narrantur. Et miror Volane cum hic rumor de eius carnificina sit ita publicus (nec desint viri egregie nobiles, qui euident-

Con. i. in
Psal. 33.

tissima nixi relatione, hoc ei tanquam probrum audeant in faciem data oportunitate obijcere) quod famæ suæ adeò sit negligens, ut hactenus nunquam libello aliquo Latine vel Polonicè scripto, istam veramq; tam carnificinæ, quam Arrianismi notam ac maculam diluerit.

Cæterum de Carnificina & Arrianismo tui Sudrouij viderint alij: illud minime ferendum videtur hominem istum, qui Bacchi instar distentum ventrem ægre portat, à te passim in tuis scriptis ita dilaudari: ut qui ea legat, nec Sudrouium familiariter noscat; virum summa doctrina atq; integritate arbitretur. Hunc enim tu Vilnen. Ecclesie Pastorem eximium, excellentis doctrinæ & pietatis virum, integrum, probumq; vocare non dubitas. Ac excellentem quidem doctrinam, & integritatem eius, qua conscientia, quo pudore, prædices, ego sane non video: cum vellippis & tonsoribus ut aiunt notum sit hominem istum, vix inferiores disciplinas vel à limine salutasse tantum abest ut excellenti aliqua doctrina imbutus sit. Vidi ego, casu, ternas, quas ipse propria manu ad suæ factionis ministros exaratæ dederat literas: in quibus loco excellentis istius quam tu laudibus effers doctrinæ & integritatis, summam quandam infantiam, pueriles loquendi modos, & arrogantiam detestandam, velut in speculo perspexi. Nam præter nulla omnino Orthographiæ vestigia, præter dissolutam verborum congeriem, illas quoque Phrases tali Pastore vilnen. Si Dijs placet, dignas legi. Quia Illustris Dominus Palatinus Vilneñ, in bona Koidanow fese breui tempore properat, etc. Et, Forsan aliquo in loco conditioni iustæ fenestra aperietur, etc. Et, Ego nullibi nunc per tres septimanæ pedem meum efferam, etc. Aliasq; innumeræ quibus colligendis & describendis tempus terere, & paginas implere indignum est. Auditus est aliquando, cum concionabundus, pro authoritate scilicet pastorali sua illa stentorea voce, plenis buccis, nescio quid Latine citare vellet, tam grauem Prisciano infregisse colaphum, ut vel pueris risum mouerit: Donec, inquiens corpus nostrum corruptum erit, Et in alio quodam loco grauissimis hominibus audiентibus

dientibus illud euomuit: quemadmodum Petro creditum est Euangelium in Præputios. Et aliás profundam suam eruditio-nem coram hædis suis ostensurus, protulit contra Catholicos Alexan-drum VIII. summum Pontificem, qui nungquam fuit in rerum natura. Sic bene pastus iste pastor auditores suos nugis, fabulis & mendacijs pascere solet. In nunc Volane & bobus potius quam hominibus per-suade Sudrouium excellenti doctrina peditum, et cuncta quæ summo conatu (quod alicubi stulte iactas) Satā per Iesuitas ædificat, eū vir-tute ac potentia Spiritus diuini demoliri. Firmius mihi crede Ec-clesiam Christi ædificant Iesuitæ, quam ut illorū opera tuus demolia-tur Sudrouius; fælicius in reducendis ad Christi ouile errantibus ver-santur, quam vt (quod tu alibi mendacissime annotasti) toto decen-nio aliquot tantum homunciones vobis eripuerint. Homunciones tibi videntur, Chotkiewicij, Sapiha, aliisque permulti quorum tu iactu-ram doles; Sed dissimulas. Nec dubitarem breui totam nobilitatem Lithuanicam ad Ecclesiam reddituram, si plerique istorum qui tibi ho-mines esse videntur, sapienter Iesuitas de religione differentes audirent, aut nisi quosdam eorum qui illis interdum aures præbent, pudor qui-dam humanus, quosdam etiam vitiorum quibus sunt implicati ille-ce-bræ, ab amplectenda, quam vident clarissime, veritate retardaret. Ac mihi quidem compertum est, opera istius Societatis, Vilnæ quo-tannis plus minus ducentos homines partim à schismate, partim à va-rijs heresibus ad Ecclesiæ Christi septa reuocari. Verum clariores sunt eorum in vindicando vero Dei cultu, reducendisq; errantibus pro-gressus, quam vt meum testimonium requirant.

Pietatis vero, integritatis ac probitatis, quibus tu eundem Sudro-rium stultissime ornas, illud ex ijsdem literis ad Alexandrum quen-dam factionis suæ Ministrum, scriptum accipe. Significat inter alia amico isti suo, se Vilnam iterum ad verbi ministerium vocari, & se quidem paratum esse dicit: Sed duo (verba ipsius sunt) per ne-cessaria sunt: Et primum quidem, vt Dominus Andreas Chrząstowski sese me minorem gradu agnoscat, & concio-

nes matutinas absoluat: Alterum est, ut Illustrissimus Dominus Radiuilus, cui bona Koidanow sorte hæreditaria cedent, Vilnam ire concedat, salua conditione mea, quæ ad cursum vitæ meæ me spectat. Agnoscis ne Volane integratem tui Sudrouij: vides quanta ambitione inflatur: quam acri inanis gloriae stimulo agitatur: quam singulari opum cupiditate æstuat: Hunc tu pium, probum, integrum & appellabis, qui ad ministerium Vilnam redire non vult, nisi aliis se minorem illo gradu agnoscat: nisi conciones matutinas (quod eas familia solum & reliqua hominum fex audire soleat) absoluat: nisi redditus opulentæ Parochiæ integer (quasi Synagoga Vilneñ, exiguum censum suppeditet) maneat: O Pastorem Euangelicum. Vbi est Christi humilitas: vbi rerum terrenarum Euangeli præconibus commendatus contemptus: vbi Calvinisticum placitum: Episcopum presbytero non esse maiorem: Sed nec illa probitatis Sudrouianæ magna commendatio est, quod bonum istiæ Pastorem toties ebriosum, in plateis Vilnensis, equitare, et bonos injuriosis verbis afficere saepe non pudeat.

Porro quam impudenter eum Ecclesiæ Vilnensis Pastorem voces, quis nō videt: Iā enim inde ab initio suæ ad Christū conuersonis, nullum Ecclesia Christi Vilnensis secundum Christum alium immedietum agnoscit Pastorem, præter eum, qui in eius locum legitima vocatio ne & ordinatione succedit, qui primus à Religiosissimo principe IVladiſlao Jagellone ante 200, circiter annos Episcopus Vilnensis renunciatus, & princeps ordinis Senatorij appellatus est. Et hic quidem non aliis nunc à Rege Serenissimo, & ab uniuerso Regno, quam Illustrissimus Georgius Radziwil, agnoscitur. Cui tu, dum istum assem plusquam Cumaniū, hac amplissima ornas dignitate, quantum adferas iniuriæ non animaduertis: Proinde pastor ille tuus, non tam pastor est, quam ex summi pastoris Christi sententia: Fur & Latro: Cui illud conuenit verissime, quod Cyprianus adnotauit: Sunt qui vltro apud temerarios conuenas se sine diuina dispositione præficiunt: qui se præpositos, sine ylla ordinationis lege, cōstituant:

stituunt: qui nemine Episcopatum dante Episcopi nomen as-
sumunt. Sed hæc hæc tenus.

Viri, inquis, prudentes Iesuitas non graues artium Magi-
stros, sed picas garrulas, agnoscunt. At qui nam sunt isti ob-
secro viri prudentes? forte sunt Stanislaus & Matthias tui Ventri-
potentes ministri, quos si in mortariolo contundas, saginæ quidem mul-
tum; sed iudicij atq; doctrinæ nihil omnino exprimas: Certe Volane
viri prudentes deinceps te pro stulto, deliro & obliuioso sene ha-
bebunt: qui modo ait, modo negas eos esse doctos. In libello quidem
tuo contra Vegam, fateris eos pollere ingenio & doctrina & lin-
guarum cognitione instructos, rem literariam non segniter
Promouere. Iam vero subita metamorphosi eos ex viru doctis
transtulisti in picas garrulas & indoctas. Miror cum in p̄fatio-
ne illius libri fatearis tibi deesse ingenij vires & doctrinam, quibus Ie-
suitarum argumenta dissoluas: & in fine eiusdem libri agnoscas te
esse indoctum, & agro colendo à fortuna addictum; ausus ta-
men sis doctissimas illas Vegæ assertiones inepto scripto tuo allatra-
re. Attende Volane tuis bobus stabulandis & agris colendis, et re-
linque docta doctis. Ne Sutor ultra crepidam.

Magnam me apud te gratiam inuenisse, asseris, quod integras sententias ex tuo libello, in meis contra te assertionibus,
recitauerim. At qui Volane si gratias mihi agis, quod mendacia
 tua impudentissima contra Concilium Nicænum, à tuo Caluino men-
daci magistro, confictas & à te in tuas chartas descripta retexuerim:
nunc non potes mihi nisi maximas gratias agere, quod plura mendacia
 tua toti orbi manifestauerim: & si iste modus ineundi tecum gratiam
 tibi tantopere placet, me certe semper habebis paratum, ad mendacia
 tua mundo propalanda, & gratiam in dies maiorem tecum ineun-
 dam. Sed hic non satis possum tuam impudentiam mirari: ubi e-
 nim (si quid in te esset pudoris vel conscientie) maxime debuisti eru-
 bescere tua turpissima mendacia & imposturas: ibi tam insigniter es
 impudens, ut ea tibi & toti orbi detrecta esse impudentissime glorieris:

Lib. 1. ca. 11.
parag. 14. 15.
& 16.

Vere

Prouerb.
Ierem.3.

2. *Vere de te dici potest, quod de tuis similibus ait scriptura: Latentur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere.*

Iesuitas, inquis, Catholica dogmata propugnare tum demū mihi persuadebis, cum quid sit Ecclesia Catholica, prius didiceris. An didicerim Volane, quid sit Ecclesia Catholica, tu ipse ex his quae iam subiijcam iudicabis. Lego in scripturā Ecclesiam ab ipso Christo, qui est eius caput & primarium fundamentum, fundatam esse super Petrum Petram. Lego Christum orasse pro eo, ut eius fides non deficiat, eisq; oues pascendas commisisse: lego Ecclesiam esse visibilem, ita ut fratrem in me peccantem Ecclesiæ possim denunciare: lego eam esse columnam & firmamentum veritatis, nec aduersus eam portas inferorum præualituras: lego ei promissum ac datum spiritum veritatis, qui maneat cum ea: non ad 600, primos post Christi ascensionem annos, sed in æternum: quib; eam doceat non unam aut aliquam, sed omnem veritatem: lego in ea positos esse à Deo pastores & doctores, non ad 600, annos, sed usq; ad consummationem. Ex his igitur Ecclesiæ privilegijs, quæ in scriptura sancta expresse habentur, sic conficio verissimam Ecclesiæ Catholice definitionem: Ecclesia Catholica est visibilis cætus fidelium omnium, capitii suo Rom, Pont, Petri successori, Christi vicario, in doctrina fidei & morum, ac sacramentorum communione unitus: qui nunquam potest esse inuisibilis: aut errare vel deficere: nec pastoribus aut doctoribus carere. Hæc privilegia si tu ostenderis tua Ecclesiæ conuenire, vel alicui alteri per orbē terrarū uniuersum, præterq; Romanæ Ecclesiæ, tunc fatebor ego illam Ecclesiam esse veram, & te verum Euangelistam. Sed rogo te Volane responde mihi directè ac distinctè, ad has quas tibi modo proponam questiones de tua Ecclesia, ut mundus clare videat, utri habeant veram Ecclesiam, nostri Catholici, an vos Euangelici.

1. *Vbi nam fuit vestra Ecclesia his proximis mille annis ante Lutherum?*

2. *Qui erant Pastores & Doctores vestri, per omnes ætates ac continuam ad inuicem successionem, usq; ad nostra tempora?*

Matth.10.
Lucæ 22.
Ioan.ultimo
Matth.18.

- 3 Quæ sacramenta ministrauit vestra Ecclesia, ac quibus, et ubi?
- 4 Quibus & ubi verbum Dei, per omnes ætates, prædicauit?
- 5 Vbi poterat inueniri ab ijs qui relictó Iudaismo, vel gētilismo,
eius communioni sese volebant adiungere?
- 6 Quam unquam disciplinā exercuit? quas hæreses repressit?
quæ & ubi Concilia coegerit?
- 7 Quæ templa, quæ monasteria, quas Academias, vel fidei
scholas erexit?
- 8 An hæc Ecclesia, sicut corde credidit ad Iustitiam, ita ore
Christum confessa est ad salutem?
- 9 An fuit unus aliquis homo post Apostolos vita defunctos, in
toto orbe terrarum, qui vestra dogmata, vel omnia, vel sola te-
nuit, ac professus est? & quis fuit ille?

Certe de nostra Romana Ecclesia, nobis facilissimum foret hæc omnia de monstrare, per omnes omnium temporum ætates: etiam per illos pri-mos trecentos annos, quibus mansit & hæc omnia exercuit, sub imma-nissima persecutione potentissimorum tyrannorum, qui omni genere crudelitatis eam oppugnabant. Vestra autem Ecclesia totis his mil-le annis, quibus eam vultis esse, modo inuisibilem, modo visibilem, sub persecutione Rom. Pontif. nihil horum exercuit: cum tamen hæc ve-stra persecutio multis modis inferior fuerit illa nostræ Ecclesiæ perse-cutione. Tu Volane si successionis personarum seriem, pariter ac fi-dei, nostræ Ecclesiæ scire cupis: lege Genebrardum in sua Chronolo-gia; lege etiam doctissimum illum Nicolaum Sanderum libro 7, de Visib. Monarchia: ubi à Christo nato usq; ad hæc tempora per conti-nuum personarum, & eiusdem fidei successionem, ostendit nostram Ecclesiæ esse ciuitatem Dei: per interruptam vero et personarum et fidei successionem, hæreticorum Ecclesiæ esse ciuitatem Diaboli: in qua vos Lutherani & Caluinistæ, non ignobilem nec infimum locum occupastis. Et Illiricus tuus, in suis Centurijs, cuius obsecro Ecclesiæ res per omnes ætates gestas potissimum describit, nisi Romanæ, id est, nostræ? Et quæso te, dic mihi Volane, an existimas omnes, qui

his mille annis in Europa vniuersa mortui sunt in fide Romanae Ecclesiae, damnatos esse nec ne? Non dices opinor esse damnatos, nisi insanias cum Lutherio, qui lib. de Seruo arbitrio circa medium aperte ait: Patres omnes cæcutisse, imperitissimos fuisse sacrarum literarum: deniq; tota vita errasse, & nisi ante mortem fuerunt reducti, neq; Sanctos fuisse, neq; ad Ecclesiam pertinere. Nam verba tua in defensione cæna pag. 137, sunt; Nos, inquis, qui summam Dei misericordiam in peccatoribus recipiendis intuemur, ferre condemnationis in aliquem formulâ nobis minime permittimus. Et inter vestros Euangelicos, non pauci sunt, qui sibi persuadent; modo aliquis Deum & Christum, & præcipua fidei capita fateatur, nihil interesse præterea quid credat, aut quorum disciplinam sequatur, ut salutem adipiscatur. Si ergo seruati sunt, ut referente Stapletonio lib. 3, de Ecclesia cap. 4, siue Philippi in 3, cap. 1, Cor. id quia retinuerunt fundamentum, nempe fidem rectam de Trinitate, & Christi humanitate (quod fundamentum qui retinent, eos veram quoq; Ecclesiam retinere vult, non obstantibus aliquibus incommodis opinionibus ac stipulis, quæ ut ait ille, condonantur omnibus æratibus retinentibus fundamentum) sequitur fidem illorum fuisse veram; vestram autem, quæ illorum fidei contraria est, falsam. Nam si seruati sunt, necesse est, ut prius Deo placuerint: at sine fide impossibile est placere Deo: nec tamen quævis fides placet Deo, sed solum vera fides, quæ una tantum est. Vnde Apostolus: Unus Deus, una fides. Nisi quis adeo deficiat, ut existimet quemlibet in sua fide seruari, siue sit Iudeus, siue Gentilis, siue Mahometanus, siue hereticus, siue Anabaptista, siue Trinitarius. Rursus si illi seruati sunt, extra vestram Ecclesiam concedere necessario debetis ipsorum cætum, fuisse veram Ecclesiam Dei; vel certe extra verâ Dei Ecclesiâ inueniri salutem eternâ: quod Dei verbo aperte repugnat. Præterea, cù ut dicitis panem et imagines pro Deo adorauerint, & tot Deos habuerint, quot sanctos coluerint, & inuocauerint: & nihilominus in hac sua idolatria ac superstitione, vt

ne, ut vocatis, Ethnica seruati sint: (cum vera enim fide, iuxta verum Caluinum lib. 3, cap. 2, parag. 31, possunt permanere errores permixti) non est quod nos timeamus, ne pariter cum eis non seruemur, qui eandem cum ipsis fidem tenemus. Eodem plane modo Eucharistiam adoramus: imagines veneramur, Sanctos colimus & invocamus quo illi: si ista illos non impediuerunt, quominus salutem consequerentur: nescio cur nos à salute consequenda impedian: nescio cur nostra Ecclesia relicta, in qua vos ipsi fatemini maiores nostros fuisse seruatos, ad vestram debeamus transire: nqua vsq; ad hodiernū diem nullum scimus seruatum, imo potius omnes damnatos esse agnoscimus: quia scriptum est: Qui non crediderit condemnabitur: & Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.

Mar. 16.
Matth. 18.

Dices forsan illos esse seruatos: quia errarunt ex ignorantia & cæritate illorum temp̄. sum: cum deessent qui lucem Euangeliū eis praferrent: nos autem minime, ecce quod adhuc in tanta Euangeliū luce ac splendore cæcutimus: & cæcitatem illorum tribuendam esse cæcis eorum ducibus: nos autem esse inexcusabiles: cum optimos Verbi Dei prædicatores habeamus, nec tamen eos velimus audire, sed potius persequamur. At nunquid vlla ignorantia potest illos excusare, qui plures Deos credunt ac colunt: sicuti vos dicitis eos & credidisse ac coluisse: aut qui Dei cultum lignis, statuis, pani, vino, & idolis mortuis deferunt, ut vos eos detulisse afferitis? An ignoras scriptum esse: Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt? Neq; hic excusat illos simplicitas maiorum, tum quod sapientissimi & doctissimi fuerint Doctores Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Anselmus, Bernardus: tum quod longe potiore ratione excusandi esent infideles idololatre, qui statuas adorarunt; quorum idololatria multo tolerabilior fuit, quam eorum qui his mille annis panem pro Deo coluerunt. At ubi fuit toto hoc tempore vestra imaginaria, mathematica, fugitiua, phantastica, latens ac inuisibilis Ecclesia? Cur tam abominabili idololatria panis, ac statuarum, occupante animos ouium ac pastorum, non exeruit caput suum? Cur pro gloria Dei sui ac veri-

Math. 15.

N*y*
tatis de-

tatis defensione, non se opposuit istū idololatris, sicut se opposuit nostra Romana Ecclesia totis primis trecentis, imo mille quingentis octoginta octo annis, contra omnes omnium temporum tyrannos, & hæreticos eam omni genere tormentorum persequentes? Et cum dicat Christus Ecclesiæ sponsus Luc. 9, qui me erubuerit & meos sermones: hunc filius hominis erubescet; Cur sponsa ista vestra Eleæta erubuit sponsum suum coram hominibus confiteri? Et cum scribat Apostolus: Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant: quomodo isti probati & electi vestri, ex quibus vultus Ecclesiam vestram constare, non sunt facti manifesti tanta idololatria & tantis, ut dicitis, hæresibus in Romana Ecclesia his mille annis grassantibus? Si dicas Ecclesiam à Tyrannis fuisse penitus extinctam, sequitur euidenter eam non fuisse veram Christi Ecclesiam; sed Sathanæ Synagogam. Nam vera Christi Ecclesia est, aduersus quam portæ inferorum non poterunt præualere: vera Ecclesia est semper columna & firmamentum veritatis: vera Ecclesia semper habet pastores ac doctores usq; ad consummationem sanctorum. Hæc autem omnia habuit nostra Romana Ecclesia, sub illa grauissima persecutione Tyrannorum primis trecentis annis: & sub illa altera non minus graui ac diuturna Arrianorum. Nec tamen propter has persecutions extinta est, sed potius crevit. Quomodo igitur verisimile est, veram Ecclesiam fuisse extinctam his posterioribus sæculis, in quibus aut nulla fuit eius persecutio, aut certe mille sima ex parte non conferenda cum illa Tyrannorum, vel alia Arrianorum, in persecutionis diurnitate, vel grauitate? Certe Augustinus lib. 20, Ciuit. a. cap. 8, deinceps: ait, in ipsa persecutione Antichristi, quæ erit omnium grauissima, ut testatur scriptura, Mat. 24, adeo Ecclesiam non fore extinctam aut inuisibilem; quin sint etiam tunc aliqui ad eam conuertendi, & alij filios suos baptizaturi, cum Antichristus sustulerit baptismum. Si dicas, ut in defensione cœnæ pag. 31, asseruisti, semper aliquos extitisse electos, qui idem vobiscum senserint, licet cum cæteris, in Romana Ecclesia admixti, communis illius Ecclesiæ ritu vixerint: vanum est.

est. Nam in primis quales isti fuerint, aut ubi latuerint, per nulla majorum vestrorum momenta ostendere potestis. Illiricus enim vestro iudicio diligentissimus scriptorum omnium et atum indagator, nulos tales potuit unquam inuenire. Si inuenisset utique vel in Centurijs suis, vel in Catalogo testium veritatis posuisse. Si ille cum tanta diligentia tot volumina euoluens, eos non potuit inuenire: quomodo Tua Stupiditas & Ignorantia Rustica, tales excitiisse nouit, aut assertare audet? Deinde pro electis, ex quibus solis vultus Ecclesiam constare, nullo modo habendi sunt qui aliud tacite credunt, aliud publice faciunt. Corde enim creditur ad iustitiam; ore aut fit confessio ad Salutem, Rom. 10. & Christus Luke 9. qui me erubuerit coram hominibus, & ego erubescam eum coram patre meo. Quomodo vero electi isti, debeat se gerere erga Magistros falsos, docet Iohannes Epis-

titio. dicere: Et Christus Matt. 7. Attende a falsis prophetis. Et Iohannes: Oues meae alienum non sequuntur; sed fugiunt ab eo. Et de idolorum convertito ait Apostolus 2. Cor. 6. quis consensus templi Dei cum idolis? Non ergo electi esse poterant, nec vera Ecclesiae membra, qui cum idololatriis & Antichristi membris (tales enim nos & maiores nostros facitis) modis omnibus communicabant, solo animo alieni. Quid si rursum dicas, Ecclesiam tuam latuisse in deserto; quero qui fuerunt isti, qui eo fugerunt? Erant ne Itali, Hissani, Germani, Poloni, vel Angli? Tum ex quo loco, Provincia, Regno, eò fugerunt? & quo anno Domini? sub quo Pontifice vel Imperatore? erant ne multi vel pauci, & quæ nomina habebant? tum ubi est illud desertum, in quod fugerunt & quam diu latuerunt in eo? Adhac unde scitur Ecclesiam in desertum fugisse et latuisse? Extat ne apud vos de hac eius fuga aliqua historia scripta, vel viuae vocis traditio, vel de cælis reuelatio? Forte ut inuisibile tot sæculis Ecclesiæ vestræ fuisse, vos non pudet assertare; ita vereor ne nouos nobis atque inuisibiles historicos proferatis; qui ipsius res præclarè gestas inuisibili etiā historia enarrarūt. Nā cū Magdembur. vos Calvinistas pro hereticis habeant, nec pro fratribus agnoscant, non credas

illos Ecclesiæ vestræ Calvinisticæ effigiem in suis centurijs delineare voluisse. Libetius multo sue Augustinæ Ecclesiæ formâ si potuisse et effinxissent. Denique cum Luth. à Romana Ecclesia discessit, in quod obsecro desertū profectus est ille, ut hanc vestram Ecclesiā fugitiuam, exulantem ac latentem inueniret. Certe de tali deserto vel Ecclesia, tunc temporis ne somniauit ille quidem, multo minus eam quesiuit, aut inuenit. Nam eo tempore non erant in mundo nisi haec religiones: Paganismus, Machometismus, Græcismus, Nestorianismus in oriente, Hussitarum hæresis in Bohemia, Et Rom. Ecclesiæ fides. Ceterum autem est non fuisse veram Ecclesiam Christi apud ullam ex predictis sectis, quia cum Lutherus à nobis exiret non se illis adiunxit, sed neque Lutherani se modo adiungunt. Fuit ergo apud Romanos vera Ecclesia, aut certe perijt de mundo: quod pugnat, cum expresso Dei verbo, Math. 16. Portæ inferorum non preualebunt aduersus eum. Lutherus igitur non se noue alicui Ecclesiæ vel visibili in mundo, aut fugitiuæ ac latitanti in deserto, aut inuisibili in aere adiunxit; sed nouam ipse inchoauit, & talem plane qualēm antea mundus nō vidit nec audiuit. Ab illo Patre vos Calvinistæ ut filij degeneres pregnati estis. Et cum Calvinus lib. 4. Instit. cap. 7. parag. 4. aperte dicat. Extra Ecclesiam visibilem nullam esse sperandam salutem, nec peccatorum remissionem. Parum profecto iuuit vestros electos Ecclesia vestra inuisibilis, quando iuxta Calviniū vestrum in sola Ecclesia visibili salutem, sperare & consequi licet. Quod si queramus à vobis: quando, quo anno Domini, sub quo Pontifice vel Imperatore Rom. Ecclesia, quam negare non potestis fuisse diu veram Christi Ecclesiam, à fide Euangelica defecerit: estis muti ut pisces. Cum tamen varij authores de vestris ac aliorum hæresibus, exactè ac distinctè scripserint: ostendentes Hæreticorum nomina & tempora & hæreses, ut olim Philastrius, Augustinus, Epiphanius, Guido Carmelita, & nostris temporibus Staphilus, Lindanus, Prateolus, Ederus. Et sane valde mirandum est hanc tam insignem fidei mutationem potuisse fieri in Romana Ecclesia totius orbis cele-

bis celeberrima: aut sensim, ac paulatim, aut subito ac celeriter, & neminem eam aduertisse, aut literis mandasse: cum hæreses etiam minores paulatim ac sensim irrepentes statim animaduerterint ac confitauerint Doctores Ecclesiæ, & varij authores eas literis mandaerint. Nam Rom. Ecclesia fidem quam ab Apostolis accepit, vel totam simul mutauit, & subito ad hoc errorum baratrum peruenit: at hoc nec vos afferere auditis, & mundus totus tantam mutationem nō potuisset non aduertere: sicut ruinam Ecclesiarum Afriæ, Africæ, & Græciæ (que Romana erant multo minus illustres) aduertierunt & monumentis literarum consignarunt. Vel sensim ac paulatim ad hoc tantum impietatis culmem peruenit: & sic non minus facile eius declinatio ac ruina perspici poterat, quam illarum hæresum ingressus.

Nam quod paulatim fit, facilius antequam ad summum perueniat aduerti poterit. An non hoc Paulus hæreticis commune esse testatur,

vt sermo eorum velut cancer serpat, & paulatim vires acquirat. Neq; tamen propterea ita latere potuerunt: quin eorum non ini-

tia modo, sed etiam progressus ac incrementa Catholici scriptores saepe indicarint. Cum igitur Rom. Ecclesiæ ac Pontificum Rom. res

gestas etiam minutissimas à D. Petro usq; ad nostra tempora, non modo multi Catholici ex nostris omnifere ætate, sed etiam nostro tem-

poore ex vestris, vt Magdeburgen, Balæus, Barnsius, Carion, Pan-

teleon, Functius & alijs scripserint, mirum sane est quod nulli tam ex

Rom. Ecclesiæ amicis, quam ex eius inimicis (qui in defectibus eius notandis ac propalandi solent esse oculatissimi) potuerint notare hunc

ram notabilem casum eius ac lapsum à fide Apostolica. Certe si

potuissent hoc prestare, non credo; vel istos erga Rom. Ecclesiam ita

benevolos ac propitiios fuisse, ut hanc eius defectionem, orbi non pu-

blicarent. (Quandoquidem ex mero odio conficta ab ipsis scelera per

2. Tim. 2.

summam impudentiam ei affingere non verentur:) vel illos ita incog-

rantes, ac obliuiosos vt uno tempore vel alio hos errores literis non ma-

darent: cum multa alia eius gesta, et si vobis credimus, etiam sceleris

hac eius à fide defectione longe minora, orbi toti euulgant, vt Plat-

na, Sæ-

na, Sabellicus, Nauclerus, Volateranus & alij. In Codice Iustini-
 ani, de summa Trinit, & fide Catholica Imperatores Gratianus &
 Valentinianus ad populum Vrbis Constantinopol. sic scribunt:
 Cunctos populos quos Clementia nostræ regit imperium, in
 tali volumus religione versari, quam D. Petrum tradidisse
 Romanis religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat, quæ-
 que Pontificem Damasum sequi claret. Vbi duo Volane aduer-
 zere potes. Vnum est, D. Petrum Romanis religionem Catholicam
 tradidisse: alterum est, adhuc tempore Damasi illam religionem Ro-
 mæ perseverasse. Tu post Damasum mutatam esse si potes ostende.
 Caluinus 4. Instit. cap. 2. parag. 3. aperte fatetur Sanctos Ecclesiæ
 Doctores merito contra hæreticos vrsisse Episcoporum successionem,
 quia, inquit, extra controuersiam erat, nihil à principio usque
 ad illam ætatem mutatum fuisse in Religione. Et Vitakerus in
 Responsione ad 7. rationem Campiani: Romanam Ecclesiam tempo-
 ribus Damasi, Siricij, Anastasij, & Innocentij fuisse veram Christi
 Ecclesiam expressis verbis concedit. Vnde necesse est ut tum habue-
 rit doctrinam Euangelicam integrum ac incorruptam, Nam unica
 hæresis cuicunque tandem fidei dogmati contraria, Ecclesiam ita coru-
 pit ut ex Christi sponsa adulteram faciat. Neg enim cum vlla hæ-
 resis fides Catholica consistere potest, nisi forte partem aliquam do-
 ctrinæ Euangelicæ quis sufficere putet, et si totam non teneat; ut vna
 quidem parte Catholicam, alia hæreticam Christus Ecclesiam habe-
 at: at qui certum est horum Pontificum temporibus & purgatorium
 creditum, & pro mortuis oratum, & Sanctos inuocatos, & sacri-
 cium corporis Domini & sanguinis, pro viuis & defunctis oblatum
 fuisse: ut cuius clare constare potest, ex confessionibus fidei collectis
 his nostris temporibus à viris doctissimis ex operibus Augustini, Hie-
 ronymi, Ambrosij quæ passim in hominum manibus teruntur. Vbi
 aperte videbit lector non aliam fuisse fidem illorum quam nostram:
 Quod adeo verum est ut Guilielmus Fulcius in libro suo contra fictum
 Catholicum: Epiphanium, Hieronymum, Augustinum fecerit hære-
 ticos,

icos, propter defensam nostram ab illis fidem, de precibus pro mortuis & sanctorum invocatione: & in illius libri Præfatione doctrinam de purgatorio, vocat blasphemam hæresim. Quo verbo suo facit ille Augustinum blasphemum hæreticum, cum Magdeburgenses Cent. 5. fol. 572. aperte fateantur Aug. agnouisse purgatorium, & pro defunctis orasse. Certe si haec & similia in illis Doctoribus non fuerunt hæreses: non video cur in nobis hæreses esse possint: imo si ut verissime ait Caluinus, nihil à principio usque ad Augustini tempora mutationis fuit in doctrina: sequitur necessario, dogmata illa fuissent ab Apostolis tradita, & per continuam successionem conservata usque ad illa tempora: nisi forte aliquis ita desipiat, ut haec dogmata ad doctrinam religionis non pertinere existimet. Iam vero si post Aug. tempora mutationem religionis in Romana Ecclesia factam esse ostendere possint aduersarij nostri: illud sane non parum causæ nostræ noceret: & illorum Euangeliū nouum valde promoueret. Sed ut ad vestram Ecclesiam veniamus: quomodo potest vestra Synagoga esse vera Christi Ecclesia, quæ non est nisi una: cum in nobis nulla sit unitas doctrinæ, nisi forte in oppugnanda Romana Ecclesia, eiusque capite Romano Pontifice? Vos Caluinistæ contenditis Lutheranos (non obstante illa horribili dissensione vestra de reali præsentia Christi non solum in Eucharistia, sed etiam in omnibus locis) esse vestros fratres, esse unam & eandem Ecclesiam vobiscum. Sadeel enim in libro contra assertiones Arturi, Iuellus in Apologia Ecclesiæ Anglicanæ, Fulcus in libro citato omnino compingunt, & contrudunt Lutheranos etiam nolentes & Caluinistas in unam Ecclesiam. At Lutherani totis viribus se extricant ab omni vestra societate, imo vos palam Hæreticos atque excommunicatos esse affuerant. Ioannes Wigandus unus ex quatuor Centuriatoribus, qui adhuc nisi fallor vivit, in libro suo de bonis & malis Germania, Pro septimo beneficio recenset hæreticorum repressionem, inter quos numerat secundo, & proximo post Anabaptistas loco Sacramentarios. Nec modo vos faciunt hæreticos, sed insuper Iudeos, & Mahometanos baptizatos, ut

supradixi: Quid quod vestri isti fratres Euangelici, non patientur vos vivere in ciuitatibus Germaniae, ubi dominium habent; sed expellunt vos ut haereticos, sanguinarios, & seditiosos: & ex quo prodijie ille liber Concordiae Bergen. contra vos acerrime scribunt, & plura vel certe non pauciora quam contra Catholicos, ut constat ex Catalogis Franciscordieni.. In quibus ut totus mundus cognoscat eos patres primitiæ Ecclesiæ auersari, & pro Papistis habere, reponunt eos inter libros Pontificiorum, qui Romane Ecclesiæ parent. Quid quod nec in eadem ciuitate, etiam si sint eiusdem nationis & linguae, volunt vestras Synagogas frequentare, nec superstitionibus vestris interesse: sed aequè eas abhorrent, ac sacra Papistarum, ut Antuerpiæ accidisse narrat Stapletonus libro 4, de Ecclesia, cap. 13, dum esset ciuitas in potestate Aurora Tyranni: Erecta enim erant templa separata Martinistarum & Caluinistarum, ita ut nefas censeretur alterum ad alterius templo cultus aut religionis causa accedere. Adeo ut Spanbergius Lutheranus veniens Coloniam quodam ex illo percontante, quis rerum status esset Antuerpiæ, ille responderit: Antuerpiæ Christus pendet inter duos Latrones, Papistas & Caluinistas. Eodem tempore Illiricus Confessionem Martinistarum defendit: vbi capite 17, agens contra Sacramentarios: Caluinistarum, inquit, Liturgia non uno sacrilegio vitiata, contaminataque est: eaq; (pro dolor) innumeratas animas æterno exitio inuoluit. Haec ille. Merito sane non solum illi, sed etiam omnes boni à tali Liturgia adhorrere debent, ubi animæ eorum æterno exitio inuoluuntur. Et Liturgia vestre Synagogæ Vilnensis, nunquid est melior illorum Caluinistarum, qui Antuerpiæ erant: non credo: imo est peior, si vera sunt quæ de illa possim circumferuntur.

Sed iam videamus quam pulchram das Ecclesiæ malignantium descriptionem. Talem sane nobis illam describis, qualis in orbe terrarum non reperitur: Malignantium, inquit, Ecclesia est, quæ coram idolis se prosterint: quæ frustum panis pro Deo adorat, quæ sanctos mortuos inuocat: pro defunctis orat & sacrificat,

cat. Est ne Volane aliquis cætus Christianorum in mundo, qui hæc faciat? quoties tibi dicendum est, te plusquam impudentissime mentiri? quoties afferis Catholicos coram idolis se prosternere: vel panem pro Deo adorare? Si vero de Ecclesia malignantium sunt, qui sanctos invocant, & pro defunctis orant: certe necessario fateri debes, Augustinum imo & alios primitiæ Ecclesiæ Patres fuisse de Ecclesia malignantium. Nam eos & sanctos innocasse, & pro mortuis orasse adeo est certum; ut vestri hoc negare non posuerint. At si Ariani, si Nestoriani, si Eutichiani & aliæ his similes pestes constituere possunt Ecclesiam malignantium: non video quomodo vos Calvinistæ & Lutherani euadere possitis, quin vestra Synagoga, sit Ecclesia malignantium: nisi forte velitis dogmata vestra quemam commemorabo reuocare: & ex libris vestris delere. Nam Calvinus negat Christum esse Dei filium, verba eius sunt hæc: Quomodo creator qui omnibus dat esse, non erit ex seipso, sed essentiam aliunde mutuabitur. Nam quisquis filium essentiatum à Patre esse dicit, à seipso negat esse: ergo cum de filio sine Patre respectu simpliciter loquimur, bene & propriè filium à se esse asserimus. Hæc Calvinus. At hoc quid est aliud, quam sarcosanctum Trinitatis mysterium negare? Etenim si Dei filius, non à patre, sed à seipso essentiam habet; ne filius quidem patris esse potest, cum à patre filius essentiam capere omnino debeat. Dum ergo filius Dei à Patre diuinitatem accepisse negat Calvinus, nihil profecto aliud, quam Dei filium negat. Quo semel admisso: nec Pater esseullo modo poterit: neque enim Pater est, qui filium non habet: & cum Spiritus Sanctus non nisi à Patre & Filio procedat; si negat Pater est, neque Filius, ne Spiritus Sanctus quidem esse poterit. Atq; ita hæc fides Calvini omnem prorsus diuinitatem ē medio tollit. Quid adhæc Witakerus pro suo Calvino? Sensus, inquit, verborum Calvini est illam essentiam quæ est in filio, non esse ab alia essentia, sed à seipso, cum sit vna & eadem in Patre & Filio. Nunquā negat Calvinus filium à Patre essentiam habuisse, Hæc ille,

Sed tuus Witakerus more Vestri Euangelij Geneuensis mentitur, & quidē aperte. Nā Caluin⁹ loco citato apte negat filiū Dei essentia-
rū esse. hoc est (ut ex verbis eius colligitur) à Patre essētiā suā accepīs-
se, quia ibidem pro absurdo habet: Filiū Dei essentiam aliunde mutu-
asse. Ex quibus verbis adeo certum est Caluinum, non de essentiā
generatione, sed de ipsius personā, seu suppositi productione locutum
esse, ut Carolus Molineus referente Genebrardo, in Responsione ad
Danœum, Caluinum Athorum principem fecerit, quod fili⁹ essentiā
am à Patre esse negarit. Quin & Beza Calini discipulus dilectis-
simus, prefat. in libellos Anastasij & Athanasij, & anno 1570.
fatetur Caluinum non sollicite obseruasse duarum vocularum (per se
& à se) discrimen, & ideo dixisse Christum esse Deum à se, cum
per se Deum esse dicere debuisset. Nos Catholici & Patres Nicæ-
ni Concilij fatemur essentiam in filio non esse ab alia essentia; nec ta-
men vel Patres Nicæni, vel nos unquam diximus propterea Christum
esse Deum ex seipso. Licet enim (ut habet commune axiomā The-
ologorum) essentia diuina nec generat, nec generatur; filius tamen Dei
generatur, et Pater aeternus generat. Itaque non est quæstio inter nos
& Caluinum, ut Witakerus somniat; utrum essentia sit generata; sed
utrum filius illam unicam quam habet cum Patre essentiam, à seipso
habeat, an vero à Patre. Si à seipso, ergo non est filius Patri: si à
Patre, habet diuinitatem, seu essentiam suam, ergo non est Deus ex se
ipso, sed Deus ex Deo Patre. Sic enim ipse de se clare dicit: Ego
ex Deo processi. Item Calinus libro contra Gentilem ait: Fili⁹
personam non nisi impropriè creatorem celi & terræ nomi-
nari: patrem vero propriè. Quod quid est aliud, quam filium
redigere in ordinem creaturarum? Item 2. Instit. cap. 14, pag. 3.
illa verba Pauli: Tunc & ipse filius subiectus se ei, qui subiecit sibi
omnia, ita docet intelligenda esse, ut Christus etiam secundum naturam
suam diuinam, patri suo futurus sit subiectus, ex quo sequitur, quod
sit Patre Deitate longe inferior, atque adeo res aliqua creata. Sed
& Hieronymus Zanchius, Arrianus, unus ex Professoribus præcla-
ra & illius

re illius Academiæ Heildebergensis; quād tu alibi ore impudenti,
ausus es comparare Luteriæ Parisiorum, lib. 6. de tribus Elohim cap.
4. parag. 5, illud ad Philippen. 2. Qui cum in forma Dei esset, sic
explicat: Tanta, inquit, fuit Christi erga Patrem humilitas & o-
bedientia: tūm erga nos charitas, ut cum adhuc esset in sola Dei for-
ma, & ita in ea posset per perpetuo permanere, nunquam tamen in animū
induxit suum, semper in ea æqualitate permanere, quod hoc futurum
esset rapina quedam, tūm gloriae Patri soli debite, tūm salutis nobis
præfinitæ. Hæc ille. Quæ quam longè ab Arrianismo differant
tuo ipius iudicio expendenda relinquo. Stanislaus Sarnicius, quem
Caluinus in Epistola ad Polonos mirificè laudat, cum in Colloquio pu-
blice resideret, palam afferuit & scribi etiam imperauit, solam diui-
nam Christi naturam Pontificem esse & Sacerdotem: humanam ve-
ro, viætimam & Sacrificium: ac propterea ratione officij minorem
esse Patrem, filium etiam in natura diuina. In quo etiam errore est
ipse Caluinus in duabus Epistolis ad Polonos: Petrus Martyr &
Bullingerus in Epistolis item duabus ad Polonos, qui error partim re-
ducit Arrianismum, partim Eutichianismum,

Beza quanuus alibi fateatur dilectum Magistrum suum errasse,
quod non satis aduerteret harum duarum vocularum, (à se) & (per
se) distinctionem: Tamen in Heshusium expressis verbis cum suo
Caluino ait, filium non esse genitum de essentia Patris. Quam
doctrinam aliunde non hausit, nisi ex doctrina & scriptu sui Magi-
stri Caluini. Rursus ponit Beza duas in Christo personas. Nam
lib. contra Brentium de omnipräsentia carnis Christi, & lib. contra
Smidelinū de hypostatica vnione, duas, ait, in Christo esse hypo-
staticas vniones, alteram carnis cum anima, alteram Dei cum
homine. Quod & tuus Vitakerus Bezam sensisse & scripsisse,
nequaquam negare potuit. Quid Caluinus, an non idem sensit quod
eius discipulus Beza? Certe lib. 1. Instit. cap. 8. parag. 23. aper-
te distinguit personam mediatoris à persona filij Dei, Bullingerus
Sacramentarius lib. de Authoritate scripturæ: tres in diuinitate
O iii personas

personas differre ait, non statu sed gradu: non subsistentia sed forma: non potestate sed specie. Quibus verbis non solum filij diuinitatem sed totum sacratissimæ Trinitatis mysterium euerit. Caluinus redemptionem generis humani non morti Christi corporeæ, non sanguini eius pro nobis effuso, sed doloribus infernalibus quos passus est attribuit: verba eius sunt hæc. lib. 2. Instit. cap. 16. parag. 10 Nihil actum erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus; unde eum oportuit cum inferorum copijs æternæque mortis horrore luctari, & diros in anima cruciatus damnati ac perditi hominis pati. Hæc ille. Certe si passus est poenas damnati hominis, cum pena damnatorum includat essentialiter desperationem salutis, sicut felicitas includit certitudinem salutis nunquā ammittendæ, spes autem cum desperatione consistere non posset: sequitur profecto, Christum vel simpliciter desperauisse, vel vere nō pertulisse poenas damnatorū, & proinde ex sententia Caluinī non vere nos liberauisse. Nam illis pœnis Caluinus nostram redēptionem attribuit. At vero Apostolus Heb. 9. & 10. morti & sanguini Christi acceptam refert redemptionem generis humani, non doloribus inferni, quos nullus omnino Christus Dominus passus est. Et quæ potest esse maior blasphemia, quam Christi sanguinem concultare, & vim illi omnem ac efficaciam detrahere? Iam quis miretur illum assertuisse nullam vim bonis hominum actionibus inesse, quando ne ipsius Christi quidem morti efficaciam ad nos redimendos tribuat? Hoc cinc est unicum illud Sacrificium crucis prædicare: & eum solum salutis nostræ authorem constituere.

Caluinus in cap. 27. Matth. in Harm. aperte ait Christum in cruce desperasse, verba eius sunt hæc: Sed absurdum videtur Christo elapsam esse vocem desperationis: solutio facilis, quanquam sensus carnis exitium apprehenderit, fixam tamen stetisse fidem in corde eius. Et paulo superius: Nec vero sicut, inquit, vel theatrice Christus conqueritur se à Patre derelictum.

Cum igitur illa vox fuerit, ut ait Caluinus vox desperationis, & ve
idem

idem affirmat, nec si ètè nec theatricè prolata: profecto sequitur Chri.
stū ex Caluini sententia non si ètè aut theatricè, sed vere ac serio despe-
rasse cum illam vocem protulit: quo quid in Christum potest dici ma-
gis blasphemum? An non Caluinus hīc facit Christum horribilem
peccatorem: nisi forte apud Caluinistas desperare non sit horribile
peccatum? Quid mirum igitur si nobis Catholicis Christi seruis sce-
lera Caluinistæ imputent, quando ipsi Christo tam horribile peccatiū
audient affingere? Præterea quando Christus emisit illa verba de-
sperationis, vel emisit deliberata voluntate vel non: si primum, ergò
verè desperauit & peccauit, si secundum ergo in eo fuit inordinatio
passionum contra eundem Caluinum 2 Instit. cap. 16. parag. 17. quan-
doquidem potuit metus præuenire rationem & exterquerere vocem de-
sperationis inuita voluntate: Iuua Volane tuum Caluinum ut se ex-
pediat ab his tricū ac pedicis blasphemiarum.

Christum ad inferos descendere, nihil esse aliud quam sepeliri in
sepulchro docet Bucerus in 26. cap. Matth. & in Psal. 15. & Cal-
uinus ibidem Vnde ut ergo decimum versiculum illius Psalmi vertit;
Non derelinques animam meam in sepulchro. Et Witakerus
contra Dureum pagina 552. vult pro eodem accipi in Symbolo
Apostolorum sepeliri, & ad inferos descendere: cū tamē synago-
gi Anglicana in publicis precib⁹, vt ei obijcit Duræus pag. 335. cāter
descensum Christi ad inferos eodē plane sensu quo Catholic⁹. Beza
autē illud Act. 2. non derelinques animā meā in inferno vertit, anno
Dominii 1556. Non derelinques cadauer meum in sepulchro,
ubi per summam blasphemiam animam Christi sanctissimam appellat
cadauer. Alij vero Caluinistæ, passim in omnibus Biblijs legunt
& vertunt. Act. 7. nō derelinques animā meā in sepulchro vt
doret Gregorius Martinus lib. suo de falsa translatione Bibliorum.

Caluinus Christi morti ac passioni non tantam vim ac efficaciam
tribuit, vt potuerit sanctos vita funeris ad æternam beatitudinem
que in aperta ac clara Dei visione consistit perducere ante diem vici-
mi & uniuersalis iudicij. Nam lib. 3. Instit. cap. 20. parag. 20.
ait so-

ait solum Christum ingressum esse sanctuarium cœli ; reliquos vero omnes residere eminus in atrio, ibique expectare usque ad mundi consumationem. Et parag. 25. ait ; Animas sanctorum ad huc eadem fide & charitate nobiscum esse coniunctas. ubi autem fides est ibi non est visio. Iudicent omnes sancte mentis, an non sit hoc, grauius ac magis diuturnum purgatorium constituere pro ipsis sanctis & apostolis, quam nos constituimus pro iis qui hic non plene pro peccatis suis satiuerunt. Nisi forte quis existimet nullum esse aut exiguum cruciatum mentis, beatitudinem eternam cum tanto ac tam ardentissimo desiderio expectare & appetere, nec tamen consequi posse usq[ue] ad diem iudicij. Imo Caluinus, nec ipsis Christo beatitudinem, quae in clara Dei visione consistit, ante diem iudicij concedere videtur : probat enim animas piorum non videre Deum ante diem iudicij : quia ; Christus, inquit, caput nostrum est, cuius gloria & regnum nondum apparuerunt, si membra caput praecedant, peruersus erit ordo. Quasi dicat, si ante diem iudicij vocarentur ad regnum benedicti Dei, id est, ut ipse interpretatur, ad plenam Dei possessionem : membra caput, scilicet homines Christum, praecedenterent, quod est absurdum.

Animas piorum fuisse in cœlo ante Christi resurrectionem vel ascensionem docet Caluinus in Psychopannichia, Beza lib. contra Brennium de Christi maiestate parte 7. ubi de ascensione disputationem, & Witakerus contra Durænum pag. 750. qui etiam animam Christi in illo triduo passionis fuisse in cœlo, affirmat contra suum Bezam & Bucerum, qui eam ponunt in sepulchro toto illo triduo ut patet ex iis quae superius dicta sunt. Ex qua Witakeri sententia consequitur, descendere ad inferos idem esse quod ascendere in cœlum. Est autem hæc sententia plane antea inaudita in Ecclesia Dei & scripturæ sacræ contraria. Descendam, inquit, Iacob Gen. 37. ad filium meum lugens in infernum. Iacob & Joseph pi erant & tamen utrumque non ad cœlum sed ad infernum descendisse scriptura significat. Et huc usque tantum tibi Caluinistarum opiniones de Christo recitauit. Quod si vellem quoque de eodem Lutheranorum sententias commemo rare;

rare; ecquis tandem esset hæresum & blasphemiarū vestrārum finis? Quia tamen vos (quantumvis reluctantur & reclament ipsi) eos omnino vestros fratres, & in eadē vobis cum Ecclesia esse vultis, aliquid de sententia Lutheranorum, quos, ut compleatur & augeatur Ecclesia malignantiū, in unā vobis ē Ecclesiam cōpegisti, adjiciam. Si tamen prius verba Conradi, Gesneri, Zwingiani, de tuo Luthero quē sanctū vocas subiecero. Illud, ait, dissimulandum non est, Lutherum virum esse (tunc enim viuebat) vehementis ingenij, & qui, nisi per omnia sibi consentientes ferre nesciat; Ecclesiam nostram damnare non veretur. Dominus faxit, ne quid contentionē & impudentia oris sui obslit Ecclesiæ. Hęc ille in Bibliotheca. Audisne Volane Lutherum tuum fuisse hominem impudentem & tuam Ecclesiam damnasse. Sed ad rem: Brentius in lib. de maiestate Christi hominis, in hoc ponit vniōnem hypostaticam, quod filius Dei in filium Mariæ effunderit omnia dona & proprietas suas, ubi sane et Nestorianus est, distinguens filium Dei, à filio Mariæ: & Eutichianus tribuens carni omnia attributa diuina. Et Lutherus Thomo 7. operum fol. 337, in Serm. de sacramento cœnæ; Credimus, inquit, quod Iesus Christus sit iuxta humanitatem vbi us præsens. Et in lib. qui inscribitur; Confessio Martini Lutheri, tribuit carni Christi ubiquitatem propter vniōnē hypostaticam, & irascitur Zwingianis, quod passionem Christi, soli attribuant humaniti. Nam tu sordidissime Caluinista qui pag. 21. tam fædo ac impudenti ore asserere veritus non es, Iesuitas omnia turpissima Pa-
pæ Stercora, orbi Christiano, vendere pro aromatibus. Ostende si potes ex scriptis Iesuitarū similes blasphemias, quales modo ex tuorum libris fideliter adnotauī. Et se tu vñs, vt Florennio tuo credamus hoc asserenti, eo quod in eisdem castris diu militauerit: cur tu ho-
mo perfide non credis Bolsecō, qui in castris Caluini Geneux multo diutius est versatus, & multos etiam annos concinatus?

Petis, cur ea me non afficiunt quae Beza mutata religione, mutata omni vita ad veram pietatem promouendam; ad Dei

Tiguri apud
Froschoue-
rum anno
1545. fo. 501.

Wittenber-
gæ per Tho-
mam Klug
anno 1557.

gloriam amplificandam, doctissima ædidit monumenta^s. Hoc
 cinc est Volane vitam mutare, propriam prolem, quam ex ancilla sua,
 iam factus Caluinista & præco noui Euangeli. Lausanne genuerat occi-
 derere. Hoccine est vitam mutare, Claudia videlicet uxore sartoris
 Ciui Parisiensis superstitionis, quam nomine mutato Candidam vocauit,
 multos annos Geneua post suam in nouum Caluini Euangelium rege-
 nationem, turpissime abutis, quam cum miser maritus, in conuentu
 Possaco à Beza iam cum alijs Ministris Caluinianis in Galliam sub-
 saluo conductu reuerso, repeteret, impetrare non potuit. Hoccine
 est vitam mutare, imagines Candidæ & Audeberti, cum quibus fœ-
 dissimam Sodomiam & adulteria exercuerat, apud se in suo larario,
 in hac sua decrepita ætate retinere. Hac vero ab eo facta esse te-
 stantur Bolsecus in vita Beza, & Genebrardus in Epistola ad Da-
 næum. Hoccine est vitam mutare, mittere Poltronum ad occiden-
 dum ducem Guisium: & Villemongis ad Franciscum Regem maestan-
 dum? Vtrumque factum esse à Beza afferit Bolsecus pag. 88. &
 89. Ve omittam quod Hessius Luiheranus in defensione sua Be-
 zam vocet bestiā, Cyclopem, & prostitutum scortum. Moni-
 menta litterarum que ædidiit, sunt pleraꝝ potius scurra aliquo impu-
 rissimo, quam nouo Theologo, aut quinto Euangeliſta, digna. Omnes
 enim scurras ille lingue sue mordacitate, spurcitie, ac petulantia supe-
 rauit. Cuius verba si hic referrem, lector præ nausea vix ea legere
 posset. Ut tamen omnes videant, quam sit ille post religionem mu-
 ratam in vita & in doctrina pius, unius Genebrardi verba ex Episto-
 la citata subijcam. Beza, inquit, ille hircorum instar, quo seni-
 or efficitur, eo euadit deterior. Diuturnitate vitæ sibi à Do-
 mino concessa, ad delicta iuuentutis lachrymis delenda ad o-
 mnem licentiam abutitur. Quo tempore patrui ei erant sa-
 piendi, qua ærate voluptates ci erant deserendæ; qu senior cor-
 pus debuit esse peccatis mortuum, totusque Christus cogita-
 ri: vide quo se vertat. Pro verbo Dei, libros profanos quovis
 ministro indignos, & à profanis poetis educit profane. Psal-
 mun

tum 50, versibus Ouidianis ac mollibus repræsentat: sacra &
 purissima mysteria in venereo & impurissimos sensus con-
 vertit: pænitentiæ lachrymas, quæ illic efficacissime vrgentur
 in carnis illecebras, libidines, suauia transformat; vt non di-
 uina in scripturam tractare: non sceleratam vitam, quam sem-
 per traduxit turpissimè deplorare; non scriptoris affectus tri-
 stes & luctuosos concipere, sed insipienter & brute suam Can-
 didam complecti, ad eam sicut equus & mulus in effæto cor-
 pore hynaire: illam meretricio ornatu comptam suauiter
 prospectare videatur. Hæc ille. Ex his igitur opinor vides,
 quam diuina chely, ut tu blasphemas in Apologia tua, hymnos Davi-
 dicos in hac canicie sua personat iste diuinus vates, seu potius aper li-
 bidinosus. Vides etiam quam sit factus sanctus in vita & doctri-
 na, postquam religione mutata regeneratus est Caluini Euangelio in
 lacu Lemanno. Et cum hæc ita se habeant, tu nihilominus nos camelum
 deglutiire afferis, et culicem colare; cum vestra flagitia exaggeramus,
 & nostra obliuione (ut ait) sepelimus. Quid? Num Caluini &
 Bezo homicidia, furga, adulteria, Sodomie, apud te & tuum nouum
 Euangelium culices sunt? si ita est, quid tandem obsecro, apud vos
 erit Camelus? Nec sane nostri homines si nostrorum flagitia obliu-
 one sepelire voluissent, litteris aut typis ea unquam mandassent: stul-
 te enim fecissent, ea typis mandando, quæ volebant obliuione sepeliri.
 Tu autem prætendis nostra scelera à nostris hominibus orbi litteris
 mandata esse. Miror te Volane, sic latrare contra peccata, que à Ca-
 tholicis fiunt: quisi vos multo grauioribus flagitijs non effeis cooper-
 ti? miror quod in vitijs nostris perspiciens tam lynceos habeas oculos,
 & in vestris cernendis sis tal pacætor. An apud vos viros E-
 uangelicos minus regnare homicidia, ebrietates, fornicationes, adul-
 teria, stupra, usuræ, furga, blasphemiae quam apud Catholicos? mi-
 nime gentium. Certe nos Catholicæ libris ac concionibus docemus o-
 mnia peccata esse illicita, etiamsi ea interdum ex fragilitate humana,
 vel ex malitia perpetremus: at vos non modo ex fragilitate & ma-

licia peccata perpetratis : sed etiam libris scriptis peccata esse licet assertis ; ut Lutherus adulteria in Serm. de Matrimonio. & Ecclesia Genevensis mendacia , apud Bolsecum capite 20. de vita Caluini . Deinde non est Volane quod te in admirationem rapiat , Catholicos viuere in peccatis (ut ait) crassissimis : quandoquidem sumus ut esseris in tenebris Cymerijs Papæ , serui Romani Antichristi : idololatræ in adoratione panis ac imaginum : quorum cordibus nondum affulsi pœclarum ac splendidum illud lumen vestri noui Euangeliij . At quod vos viri Euangelici , quibus nouum & mirabile lumen verbi Dei (ut iactare soletis) refulset : vos quibus Deus in hac mundi delirantis senectute , filium suum reuelauit : vos qui vosmet ipsos consolari soletis , in verbo hoc , Abscondisti hæc à sapientibus , & reuelasti ea parvulū : vos qui gloriari soletis extraordinariè vos missos esse à Deo . v. Rom . Ecclesiæ crassissimos errores reformatis , ac densissimas tenebras illuminatis : vos , inquam , ita sitis flagitijs cooperti , ita peccatis immersi : ita sceleribus obruti , omnem sane admirationem superat . Si tu Volane hæc negaueris , ecce tibi præter illa horrenda Caluini & Bezae scelera iam commemorata ; ex multis alijs paucula . An ignoras Thomam Cranmerum Zuinglianum , meretricem secum cista inclusam in itineribus suis circumtulisse ? At habet hoc Sandrus libro 1. de Schismate Anglicano . An non audisti de quodam ministro Castello dicto , sectæ Caluinianæ : qui tanto exarsit desiderio implendi illud verbum Dei : Crescite & multiplicamini (quod Lutherus vester in Sermone de Matrimonio contendit esse preceptum & plusquam preceptum) ut , in uno lecto , simul cum duabus mulieribus inuentus fuerit . Vnde postea lepidè & per iocum vocatus est , Crescens Castellus . An ignoras usitatum esse inter ministros Lutheranos passim mutare inuitem uxores : At hoc tibi narrat Sebastianus Flossius , in causis sue conuersationis ad fidem Catholicam : nam hanc commutationem unus minister voluit cum eo facere ? An non legisti apud Hosium librum contra Brenium 2. de quodam ex vestris ministris , qui ex schola carnificis profectus , non unius uxoris erat mari-

rat maritus: & licet vnam tantum secum duceret, inter scorta tamen
 nihilominus perpetuo volutabatur vxore etiam infectante. Adeo
 nec vxoris commercium, ullum ei contra fornicationem attulit remedi-
 um. Quod si iam relietus ministris ad vos ipsos, qui secularibus ne-
 gotijs distinemini me conferrere: (bone Deus) quantus se effert dicendi
 & expatiandi campus? Quot inter vestros adulteri, scortatores,
 virginum constupratores, concubinarij? quot usurarij, ebriosi, homi-
 cidae: quot blasphematores, raptores, periuri? Certe si tu tales in-
 ter Euangelicos reperiri plurimos negaueris, profecto omnem perfri-
 cuisti frontem. Et licet tibi ea fortuna contigerit, ut tribus vxoribus
 incontinentiae tue mederi fortasse potueris: alijs tamen ea sors non
 accidit: ideo contenti meretricibus, & alienis vxoribus viuunt. Quid
 quod Lutherus alicubi prædicat suos esse peiores Sodomitis: &
 longe deteriores quam erant in Papatu. Nonne Norimbergen.
 vt refert Sotus in 4. Senten. Distinc. 18, quest. 1. articulo 1. petie-
 runt a Carolo s. sibi eius auctoritate restitui cōfessionē Sacramētale,
 eo quod post eam ablata, iuuentur ē suam, sub ullo honestae discipline
 frāeno, non possēt cōtinere? An non Smidelinus in Conc. 4. in verba
 Christi Luc. 21. In nostris, ait, nulla sentitur morū emendatio,
 sed horrenda, Epicurca, & animalis seu ferina eorū vita cerni-
 tur, in cōmestationibus, compotationibus, cupiditatib⁹ & di-
 uini nominis profanationib⁹, siue blasphemij. Atq; vt totus
 mūdus cognoscat eos nō esse Papistas, nec bonis operib⁹ quic
 quam fidere, illorū operū nullum penitus exercent. Hæc ille.
 Erasmus in Epistola contra Pseudoeuangelicos: Circumspicite ait
 populum istum Euangelicum & obseruate num illic minus in-
 dulgeatur luxui, libidini & pecunia quam faciunt hi, quos de-
 testamini? Et iterum. Circumspicite mihi sodalitatem istā
 Euangelicam: quot habet adulteros, quot temulentos, quot
 aleatores, quot decoctores, quot alijs virtijs infames? Et eos
 habent in delicijs, tantum abest ut vitent. Mihi adhuc ne-
 minem contigit nosse qui per istud Euangelium non sit seipso

In Postilla su
 per Euangeli
 um Domini
 ex i. stonene-
 tus.

factus deterior. Et in hyperaste 2. per hoc Euangelium, dicitur, non fieri ut peccare dissimant homines, sed ut peccent impunitius. Hæc Erasmus. Sed videamus quid fiat Genevæ. Bolsecus qui ibi vixit Calvinista, et anno 1532. publice pro concione Calvinum errorum suorum contra Trinitatis personas admonuit: Genevenses alloquens in lib. de vita Bezæ fol. 16. sic ait: Doctrina Calvinii & Bezæ, & reliquorum Ministrorum præscripta vobis disciplina, eo demum fine videtur esse cōparata, ut ad omne flagitiū genus in se suscipiendum homines inuitetur, modo clamculum & secreto perpetretur. Nam consistorium vestrum, non est ita oculatum, ut secretiora flagitia possit speculari, dum in ædibus clam meretricia perpetrantur: dum vestri ciues cum uxoribus vestris adulterijs facinorose polluantur, alijsque sceleribus contaminantur. Et pag. 33. Sed animadversio dignior: est, inquit, alia in Vrbe vestra mutatio, ex occasione reformatorum huiusmodi. Nam ex florenti olim Vrbe nobili & magni nominis euasit non modo spelunca latronum, ut iam ostēsum est: verum etiam impudicissimorum hominum atq; meretricum prostibulum ac lupanar, imo vero & Mæchorum & adulterarum mulierum: quæ relictis maritiis, quo liberius cum suis adulteris libidinem expleant, prætextu reformationis ad vos sese receperunt. Hæc ille, qui multis annis fuit Concionator Genevæ: & non solum nudo verbo id assertit, sed tot exemplis certarum hominum probat, additis eorum nominibus, temporibus, locis, alijsque circumstantijs, ut nemo nisi insanus sit, qui de his rebus dubitare velit. Ecce tibi Volane sanctitatem tuæ Genevæ, quam alibi urbem sanctam vocas: hic autem audis eam vocari prostibulum & lupanar, ab eo qui melius eam nouit quam tu. Sed vos, duo pro his alijsque omnibus sceleribus vestris remedia habetis, unum est: Deum esse authorem omnium malorum: unde initium sumpsit illa vox quæ apud vos est celebris; propriū opus Dei fuit ut vocatio Pauli, sic adulteriū Dauidis & Iudæ proditio.

Philippus

Philippus in cap. 8. Rom. Witembergæ anno 1524. & Lutherus de
 seruo arbitrio: Et nonne Caluino, Deus est auctor & causa peccati
 lib. de æterna Dei prædestinatio, & lib. I. Instit. cap. 18. & lib.
 2. cap. 4. & lib 3 cap. 23. Nonne Witakerus in Responsione ad
 8 ratione Campiani, hoc axiomate veitetur ad euertendū id quod dicunt
 Catholicī, scilicet Deū non velle sed tantum permittere peccata: Pec-
 cata ait omnia sunt volente Deo vel inuitō Deo. Quod enim nos
 Catholicī dicimus ea fieri permittente Deo; Caluinus locis iam citatis
 passim deridet: inuitō Deo ea fieri negat Witakerus ibidem: restat igi-
 tur ut sint volente Deo; quomodo ergo Deus vobis non est author pec-
 cati, nisi forte non sit author eius quod vult fieri. Alterum est om-
 nia ex absolute necessitate evenire, vt docet Lutherus in Assert. an-
 no ut 36. Et sic isti boni Euangelici etiam si horrenda scelerā per-
 petrent, liberant tamen se ab infamia & culpa: tum quod Deus ipse
 sit scelerum auctor & causa: tum quia ipsi non potuerunt non pecca-
 re, quia ex absolute necessitate omnia eveniunt ut ait Euangelista Lu-
 therus: ita ut non sit in hominis potestate, quippiam aliter facere.
 Doctrina Catholicorum neutram harum blasphemiarum admittit.
 Sed omnia peccata penitus damnat & detestatur, & omnem culpam
 in homines non in Deum reiecit. Noli ergo deinceps nobis obijcere
 peccata Catholicorum que nos penitus damnamus & detestamur, nec
 vnguium approbare vel defendere volumus. Si quid vero contra do-
 ctrinam nostram habes, id si voles eructa, vt nos ad eius defensionem
 paratos semper inuenias. Hoc ipsum responsum habeto ad ea quæ
 ex Platina, Sanzario, Iouio, Bernardo, Gneciardino, & alijs ad-
 fers de sceleribus Rom. Pontificum & aliorum Catholicorum.
 Sed & illud iure tibi occinimus: Medice curate ipsum: prius Vol-
 ante cōuerte oculos tuos, ad tuos Ministros, ac fratres Euāgelicos, quos
 inuenies longe flagitosiores in vita & moribus sub luce Euangeliū ve-
 stri, quam unquam fuerunt Catholici, & eorum Pontifices in suis ve-
 vocas tenebris: ut superius exemplis ac dictis probatorum authorum
 iam ostendi. Quis enim unquam Rōm. Pontificium tam flagitosus
 fuit, vt

fuit, ut Deum diceret esse authorem peccati, Christum in cruce des�rasser, licitum esse mentiri pro gloria Dei, adulterium esse licitum, ut tui docuerunt. De uno vero Platina hoc tantum dicam, eum in Pontificum vitis describendis, non raro hallucinatum esse, ut tu ipse potes animaduertere ex doctissimis Adnotationibus Onuphrii in ipsum Platinam. Nimis Volane stultus fuit Platinam euoluendo ut Pontificum quorundam scelerarum perquireres & nobis objiceres. Poteras enim, secundū Euangeliū vestrum, uno verbo dicere omnes Pontifices à Bonifacio 3. malos: bonum vero nullum: nisi forte Antichristus tibi bonus esse videatur. Nam ab illo Bonifacio omnes deinceps subsequentes Pontifices, Antichristos fuisse impudenter afferere non verebantur. Potestne vero in vita Pontificum aliquid esse grauius, quam quod Antichristi fuerint? Pergis contra Iesuitas insurgere quod peccatorem non ideo iustificatum pronunciant, quod iustitia Christi illi imputatur, sed quod iustitiam habeat sibi inhärentem ac infusam. Nunquam Volane negant Iesuitae hominem iustificari per iustitiae Christi applicationem: sed solum negant vestram præsumptuosam, temerariam, & stultam imputationem iustitiae Christi: qua stulte imaginamini eam vobis applicari absque ullis bonis operibus, vel iustitia inherente, per solam vestram fidem specialem, & nouitiam: quod nec scriptura sacra nec Ecclesia Dei unquam nouit, vel audiuit, ante Lutherum natum. Fatentur autem iustitiam, merita, passionem, & mortem Christi, nobis applicari per fidem, spem, & charitatem, ac alia opera bona ex gratia Dei facta. Quis autem nisi stupidus negabit, menti hominis inhärentem fidem, spem, ac charitatem: sed potius in aere circa hominem pendere afferet? Quod si ista menti hominis inhärent: negari non potest, hominem habere iustitiam sibi inherentem, nisi forte fides, spes & charitas que homini inherent non faciant hominem coram Deo iustum. Quod si haec tristis simul iuncta & homini inherentia, non reddunt eum iustum: quanto modo sola fides per se faciet hominem iustum si adiuncta spei, & charitatis id præstare non possit. Nunquid fides ex consociatione spei & charitatis

ritatis est debilior, & minoris efficacie vel per se sola, est majoris
 virtutis, quam dum a spe & a charitate adiuuatur & fulcitur: Cer-
 te, sicut dicit scriptura, fides tua saluum te fecit: ita quoque ait ea-
 dem scriptura, Spe salui facti sumus. Et Petrus Epistola i. cap. 4. Rom. 8.
 Charitas operit multitudinem peccatorum. Si spes saluat, si charitas
 operit multitudinem peccatorum: quomodo etiam ipsae non iustificant?
 Sane tuus ille Witakerus, argumentis Catholicorum plane vicius, hic
 succubuit: & ingenuè fatetur pug. 578. contra Duræum, se non nega-
 re iustitiam inherentem. Sed considera Lector, illud quod ait A-
 postolus Rom. 4. Abraham fuit heres mundi per iustitiam fidei.
 Quæritur ubi sit iustitia fidei: Fidei quidem in nobis esse concedunt: at
 iustitiae fidei quæ tanquam una res ab Apostolo nominatur, ipsæ in duo
 separata subiecta diuiduntur: ut ubi fides sit, ibi non sit iustitia fidei: et
 ubi sit iustitia, ibi non sit fides. Nam iustitiam ponunt in Christo,
 in quo nulla inhæret fides: fidem vero in nobis, quibus tamen dicunt
 iustitiam fidei non inhærente. Christus enim nec habet, nec habuit fi-
 dem, alioquin per speculum & in enigmate, tantumque ex parte co-
 gnouisset I. Cor. II. & 12. nunc autem sciebat, omnia Iohan. 16 & 21.
 & passim in Euangelio ait se scire quæ loquitur. Cum ergo iustiti-
 am nostram formalem volunt esse in Christo, imo esse ipsum Christum
 fide apprehensum, eamque nobis inhærente negent: sequitur quod iusti-
 tie fidei partem unam in Christo sine fide: partem alteram in nobis
 sine iustitia constituant: quod sane perridiculum est. Rursum A-
 postol. IO. Qui timet Deum & operatur iustitiam acceptus est illi; at
 quis unquam dixerit homines operari iustitiam Christi, & tamen ho-
 mines qui operantur iustitiam, accepti sunt Deo. Est ergo præter iu-
 stitiam Christi, alia iustitia, & ea a nobis operata, siue ex operibus in fi-
 de factis acquisita: quæ Deus acceptat & gratia habet propter iustiti-
 am Christi. Luca 1. dicitur Deum iurasse quod datus esset nobis ve-
 seruimus illi in sanctitate & iustitia eorum ipso: Certe in iustitia
 Christi non seruimus Deo, cum neque ambulemus per speciem ut ille,
 sed per fidem: neque sine peccato, ut ille: sed in multis offendimus

omnes. Est igitur in nobis alia iustitia à Christo tamen donata, quā seruimus ei. *Luc. I.* Elizabeth & Zacharias fuerunt ambo iusti ante Deum, incidentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini. Si ambo fuerunt iusti, nec solum iusti, sed etiam ante Deum iusti, id que per inhærentem iustitiam, quam ex fide & iusta operatione consecuti erant, nempe incidentes in omnibus mandatis Domini: profecto præter iustitiam Christi, est alia iustitia inhærens nobis, qua homines fiunt iusti: non solum coram hominibus, sed etiam ante Deum. Ad hæc *4. Reg. 20.* Memento, ait Ezechias, quomodo ambulauerim coram te in corde perfecto: & quod placitum est coram te fecerim. Certe non fecit ille iustitiam Christi: ergo iustitiam suam, quæ ei inhærebat: & quæ coram Deo placuit, & non solum coram hominibus. Rursum si in nobis non esset alia inhærens iustitia, nisi filii Dei iustitia imputata: essemus in hac vita tam sancti, atq[ue] filii Dei: & in cœlis deposita mortalitate tam glorioſi, ac ipſe eſt. Adhæc iustitia Christi talis eſt, ut nec in ſeipſa in cœlo, nec in nobis in terra augeri poffit, cum ſit omnibus modis perfecta: at iustitia fidei augeri potest in electis, quam diu in hoc mundo ſunt. Vnde *Apocal. 22.* qui iustus eſt, iustificetur adhuc. Et Paulus *Philippen. 3.* Optat habere iustitiam fidei, & tamen negat ſe comprehendiffe, aut perfectum eſſe: at ſi iustitia fidei eſſet iustitia Christi per fidem apprehenſa: ſimil ac Paulus in Christum credidiffet, ſtatim comprehendiffet: non igitur per fidem imputabatur illi formaliter iustitia Christi, quæ non augetur: ſed alia per fidem in Christum, quæ augeri debet in hic vita. Præterea non imputatur nobis plenitudo Christi, ſed de plenitudine eius nos omnes accepimus. *Iohan. I.* Id autem quod accepimus, cum vere ſit in nobis, licet non ſit ex nobis, vere, & non imputant nos iustos efficie. Denique mortem & Resurrectionem Christi eſſe eius efficacissimam iustitiam concedunt. Eandem quoq[ue] mortem ac resurrectionē Christi, noſtræ quoq[ue] iustificationis causam eſſe negare non poſſunt, cū *Apolſt. Rom. 4.* hoc affirmet: Necesse eſt aut̄ causam diſſere ab effectu. Cum ergo iustitia Christi ſit cauſa noſtri iustifica-

iustificationis; quomodo eadem Christi iustitia dicetur esse nostra
formalis iustitia?

Fides vera & iustificans est illa, cui non potest subesse falsum: at vestrae fidei speciali, per quam affirmatis vos Christum, eiusque iustitiam apprehendere. Et hac apprehensione vos iustificari, saepe subesse falsum vos ipsi negare non potestis. Nam hanc fidem specialem habent vobiscum communem Lutherani, Anabaptistæ, Arriani; Et tamen non negabitis opinor saltem Anabaptistas & Arrianos condemnandos. Quid quod ista fides tollit orationem, Sacra menta, omnia bona opera, & alia que Deus, ut ad salutem necessaria instituit? Nam si ego firmiter credo me esse iustum, & remissa mihi esse peccata, propter Christum: non debeo per bona opera querere, aut per orationem petere remissionem peccatorum meorum: tum quia iam sunt remissa per fidem; tum quia sic essem dubius de fide & iustificatione mea. Sed nec opus est Sacra menta accipere, ut ob signent mihi salutem, & promissa Dei (Hunc enim solum effectum vos sacramentis, ut proprium tribuitis) cum enim sim per fidem meam tam certus de electione & salute mea, ac si diuino consilio ab æterno interfuissem, ut ait Beza in lib. contra Sycophantam: certe non possum mihi omnia sacramenta maiorem addere certitudinem, per suam ob signationem, quam iam habeo, ex fide & electione mea, per quam non modo certus, sed etiam certissimus sum, de iustificatione mea. Sed quid si Volane ostendero vos in iustificatione nihil plane tribuere fidei? Istud inquires incredibile est: at ego tibi tuisque istud euidentis efficiam. Quid ita, quoniam vos fidem dicitis esse manum quandam, que Christi iustitiam capiat & apprehendat. Certum autem est manum, que beneficium ab altero collatum capit, nihil omnino ad beneficium conferendum operari. Aliud est enim eleemosynam dare; aliud accipere. Manus dantis eleemosynam, aliquo usq[ue] saltem ad collationem eleemosynæ subscriptum: verum accipientis manus, nihil ad collationem ipsam confert, quamquam ad idem beneficium accipienti conferat applicandum. Nos vero non agimus de acceptione su-

Anīæ (quam certe non fides, sed animus hominis decipit, dum in spiritu mentis suæ reformatur) sed de Iustificatione, hoc est actione illa cuius vi vel ministerio efficitur in impij iustitia. Ad istam autem effectiōem quid obsecro fides iuxta vestram sententiam confert : An non solum (ut dicitis) apprehendit, non autem operatur in nobis iustitiam ?

Quando igitur vos sic ratiocinamini : Sola fide apprehenditur remissio peccatorum, ergo sola fides iustificat. Nos consecutionem negamus : quia fide apprehendere nihil est aliud, quam credere : at vero peccator, qui credit remissionem peccatorum, non statim per hoc est iustificatus : sed tum demum iustificatur, quando fidei accedit suorum peccatorum pénitentia. Quia scriptum est : nisi pénitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Si vero fide apprehendere non significat apud vos credere, sed realiter seu re ipsa accipere, aut acquirere peccatorum remissionem : tunc nos antecedens negamus : quia non sola fide apprehenditur, hoc est, re ipsa acquiritur, aut accipitur remissio peccatorum : sed opus est etiam pénitentia & dilectione. Est ergo fallacia in verbo apprehendere. Duo enim significantur ; alterum intellectu cognoscere seu capere : alterum re ipsa acquirere seu capere. Aliud est enim leporem intellectu ; aliud realiter seu re ipsa capere : nam Philosophus intellectu venatur ; sed canis re ipsa leporem capit : sic peccator fide cognoscit remissionem peccatorum, sed re ipsa eam non acquirit nisi per pénitentiam ac dilectionem. Est ergo Sophistica illa vestra collectio ; Accipere seu apprehendere remissionem peccatorum, est iustificari : at sola fides accipit remissionem peccatorum : ergo sola fides iustificat. Quia vox accipere seu apprehendere, aliter accipitur in Propositione, quam in Assumptione : ita significat re ipsa accipere : hic vero intellectu cognoscere. Denique Volane scias lesuitas non aliud de iustificatione homini sentire, quam docuerunt Christus ipse, & eius Apostoli. Docent enim cum Christo si vis ad vitam ingredi, serua mandata Det. Matth. 19. docent cum Paulo, fidem que iustificat esse illam, que per charitatem seu

tem seu dilectionem operatur, Galat. 5. & cum eodem I. Corin. 18.
 Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem
 non habuero, nihil sum. Docent cum D. Iacobus cap. 2. Fidem sine
 operibus mortuam esse, & hominem iustificari ex operibus & non
 ex fide tantum. Hæc Iacobus magnus profecto Papista. Nam si
 Caluinista vel Lutheranus fuisset, omnino orationē suam inuertisset,
 & hominem tantum iustificari ex fide & non ex operibus dixisset.
 Oblitus ne es Volane Aug. lib. de fide & operibus cap. 14. aperte
 offerere Petrum, Iacobum, Iohannem & Iudam contra hanc hæresim
 de sola fide epistolæ suas scripsisse? Porro scripturæ quas ex D.
 Paulo citas ad probandum, nos non iustificari per opera legis: non e-
 gent responstone, ut pote quæ contra nos non militant. Voluit enim
 D. Paulus tam in Epistola ad Rom. quam ad Galat. demonstrare in
 nulla vñquam lege, siue naturali, siue scripta potuisse aliquem iustifi-
 cari apud Deum ex operibus bonis solius liberi arbitrij, sine fide &
 gratia Christi factis: quod nos omnes qui Catholici sumus libenter a-
 gnoscamus. At quod per opera bona ex fide & gratia Christi pro-
 fecta homo non iustificetur apud Deum, nunquam somniauit Paulus.

Concludens aïs. Iusto Dei iudicio in hanc mentis cæcitatem
 sunt prolapsi Iesuitæ, vt semper dubij & perplexi in densis er-
 rorum omnium tenebris obambulent. Atqui Volane neque
 Iesuitæ, neque nos sumus magis dubij de salute, quā ipsa scriptura Sa-
 cræ nos iubet esse. Beatus homo qui semper est pauidus. Et Proverb. 28.
 Job. Verebar omnia opera mea. Et Ecclesiasticus. Ne-
 scit homo vtrum odio vel amore dignus sit. Item, cum Cap. 9.
 timore ac tremore salutem vestram operamini. Et D. Petrus. Cap. 9.
 Satagite per bona opera certam facere vocationem & electio-
 nem vestram. Nec sumus dubij de promissionibus Dei (illas enim
 certissimas si de credimus) sed de dispositione nostra: nempe; An Cap. 9.
 nos ex parte nostra ea fecerimus que requiruntur ad illas promissio-
 nes obtinendas. Et merito sane hic timemus, quia vt ait scriptura:
 prauum & inscrutabile est cor hominis, & quis cognoscet il-

Pronerb. 16. Iud. Item: quis potest dicere mundum est cor meum,
 Prouerb. 14. Item, est via quæ videtur homini & nouissima eius ducunt
 ad inferos. Et Caluinus vero lib. 3. Instit. cap. 7. parag. 10.

Tot, inquit, vanitatis recessibus, tot mendacij latebris
 scatet cor humanum, ut seipsum saepe fallat. Et ibidem ait:
 quosdam fallaci fidei simulatione, non modo hominum oculis, sed suis ipsorum animis imponere.

De vestra autem salutis certitudine, quam vobis impiè ac presumptuose arrogatis, non sumus multum solliciti: quin potius vehementer miramur, vos de ea tam certos esse, cum Christum ipsum doceat vestis Caluinus in Harmonia cap. 27. Matth. desperasse de sua salute, Nunquid Christo ipso sanctiores estis vobis: nunquid eo estis Deo Patri gratiore, nunquid certiores estis de electione vestra quam ipse Dei filius: nunquid plura ex secretis Dei nostis, quam unigenitus qui est in sinu patris: Et cum nemo possit esse certus de sua salute, nisi prius sit à Deo electus: (Peccatorum enim remissionem Spiritus proprio in solis electis obsignat ait Caluin. 3. Instit. cap. 2. parag. II.) Dic obsecro quis vobis reuelauit, vos esse à Deo electos: & unde vobis constat de electione vestra, si per reuelationem non constaret? Quomodo vos, qui plusquam plenis buccis crepatis nihil esse credendum quod non est expresse scriptum in verbo Dei, audetis credere vos esse electos, cum nihil tale in scriptura reperiatur. Vbi enim Volane repieres scriptum, te vel Caluinum aut Bezan tuum electos esse? Ad hanc duo tantum sunt, (vt ex scriptis vestris colligere licet) fundamenta huius certitudinis & electionis vestrae: alterum est internum spiritus testimonium: alterum externum, nempe verbum Dei scriptum. Si vos Caluinistæ confugitis ad internum spiritus testimonium; profecto omnes haeretici & maximè Ebioniti & Anabaptisti & suo iudicio non minus sentiunt ac iactant hoc spiritus internum testimonium, quam vos: imo magis quam vos, vt pote quorum vita, si exteriora spectas, multò apparet quam vestra purior & perfectior. Si ad verbum Dei scriptū confugitis: ne illi firmissime persuasi sunt, te sua

Se sua dogmata & salutis ac electionis sua certitudinem non minus
 haurire ex verbo Dei scripto, seclusis omnibus hominum traditionibus
 quam vos : imo magis quam vos. Nam cum ex vestro impio dogma-
 te didicissent nihil esse credendum, quod non sit expresse scriptum:
 nec reperissent in scripturis Personarum, ac Trinitatis, vel consub-
 stancialitatis nomina, nec parvulorum baptismum: haec omnia nomina
 una cum rebus ipsis reiecerunt, & impios Magistros pessimis disci-
 puli longe superarunt. Præterea cum salutis vestra certitudo tota
 pendeat ex verbo Dei scripto: (Nihil enim docetis credendum
 quod non sit scriptum,) & de scripto hoc Dei verbo inter vos non cer-
 to constet, sed de eo non minus litigatis, quam de ullo alio fidei dogma-
 te: quomodo potestis esse certi de vestra salute, que ex verbo Dei scri-
 pto hauritur? prius sane oportet vos esse certos de verbo Dei scripto:
 atqui de hac re estis incertissimi. Nam ut de libris testamenti vete-
 rie raceam: equidem aliqui Caluinisti recipiunt, ut Dei verbum Epi-
 stolas, Petri, Iacobi, Iudæ, Iohannis, Apocalip: et Pauli ad Hebræos,
 (quos sere omnes reiiciunt Lutherani) et inter Zuinglianos, Wolphan-
 gus Musculus in locis communibus. Angli vero tui ausi sunt reiicare
 Evangelium Lucæ, eo quod non reperiatur in Con. Laodiceno, ut re-
 ferat Guilhelmus Rainoldus contra Witakerum cap. I. Sed menti-
 untur tui Angli, ut clare videbis. si vel semel Concil. Laodicenum
 inspexerit. Adhæc quomodo vos estis de salute vestra tā certi, cū
 non habeatis de et maiorem certitudinem, quam habuerunt olim multi
 eum per vos natij et educati in heresi Caluiniana: iā autē per Dei gra-
 tiam facti sunt homines Catholicos. Si fides vera non deficit in homine ve-
 ros dicitis: quomodo isti à fide vestra (quum veram esse omnibus mo-
 dis vobis persuasistis) defecerunt? Si dicitis fidem veram illos non
 habuisse: et sequens omnino est eos in omni vita vsque ad diem illum
 quo redierunt ad Ecclesiam Catholicam Romanam, fuisse infideles.
 Nam si vestram fidem non habuerunt: nullam certe habuerunt. Si
 illi tot annos vobiscum viuentes: synagogas vestras frequentantes; do-
 trinam vestram ore profiteentes ac prædicantes: profanum panem
 vestrum

vestrum comedentes : de certitudine salutis suæ vobiscum sentientes :
 & testimonium internum spiritus, non minus quam vos habentes, si-
 dem veram ac vestram non habuerunt ; quibus quoque argumentis fir-
 mioribus, ac signis certioribus ullus vestrum probabit, aut experie-
 tur se fidem veram habere ? Rursum si tam fæde ac grauiter lapsi
 sunt, Beza & Caluinus duces vestri Euangelij : hic negans cum
 Arriò Christum esse Dei filium: ille ponens in Christo duas personas
 cū Nestorio, ut supra docui : nūquid potuerūt illi esse certi de sua salu-
 te ? nūquid cū huiusmodi hæresibus potest consistere vera salus ? Si po-
 rest, cur igitur Arrium & Nestorium cœlo excluditius ? De te-
 vero Volane cogor etiam ex ipsa doctrina tui Caluini dubitare an fi-
 dem ullam habeas, nisi forte miraculosam per quam miraculo valde
 mirabili pecuniam ablatam magicis artibus nosti exquirere. Nam
 Caluinus tuus in cap. 8, ad Rom, ait. Patientiam esse indiuidua-
 am comitem fidei : cum autem in scriptis tuis ad eos sis impatiens,
 iracundus, procax cholericus, furiosus : quis credat te fidem habere, qui
 patientia fidei comite indiuiduacares ? Denique si vos viri Euange-
 lici tamen certi de salute vestra : quomodo vester Caluinus ut refert
 Bolsecus in vita eius c. 22. Dæmonibus inuocatis, urans, execratus
 ac blasphemans misere animam eructauit : dico & horam u...
 & execratus quam vñquam studijs vel scriptibus impendisset : Ita
 Volane Caluinus tuus qui in vita erat certus de salute sua, in morte, de
 eadem desperans misere animam infelicem efflauit. Et qui in vita
 sanctos inuocare noluit, in morte iusto Dei iudicio Dæmonum pa-
 trocinium implorauit. Luterus autem tuus quid & Annon & ipse
 quoque superstes, certus fuit de sua salute ; & tamen in morte de ea-
 dem desperans, seipsum suspendit seu strangulauit, linteo pensili, quo
 suum obesum, crassum & bene saginatum corpus erigere e lecto sole-
 bat. Totam hujus rei historiam habes ante multos annos apud Ioan-
 nem Nasum, in Centurijs Euangelicarum virtutum verissime descri-
 ptam. Et tamen his, ac alijs que de istis vestri noui Euangelij ducibus
 dicta sunt, & dici possunt non obstantibus, Caluinus & Lutherus
 apud

apud te in tua *Apologia Sancti* sunt. Mirum sane, si Iudas proditor, qui etiam seipsum desperatione adactus suspendit, breui in tuo Calendario sanctus non sit futurus. Sed tale ac tam desperatum Evangelium, tales & tam desperatos decet habere Sanctos. Deinde Volane, coniunge quæso simul si potes ista duo vestra Paradoxa de fide iustificatione. Lutherus (ut refert Stapletonus lib. 8. de Iustificatione. cap. 32. eum egregie confutans) docet fidem amitti per quodlibet peccatum mortale. Et merito sane: quia cum fides sola ut vos dicitis iustificet, & hominem Deo gratum reddat; & ut ait Calui in cap. 5. Epistole L. Iohanni. non possit à charitate disiungi, quomodo simul cum peccato mortali consistere potest: nisi concedas hominem posse eodem tempore iustum esse, & iniustum; iustum per fidem, iniustum per peccatum. Calvinus vero ne in has angustias redigeretur docuit lib. 3. Institut. capite 2 parag. 21. Fidem veram, in quounque sit, esse penitus inamissibilem, nec ullo peccato amitti posse: unde in Harmo. cap. 27. Mat. Vult eo tempore, quo Christum ait in cruce desperasse, fidem stetisse fixam in corde eius. Itaque cum fide Calvinistica, possunt simul consistere in corde hominis omnia peccata. Non est ergo quod vos Calvinistæ timeatis ullum genus peccatum sed ex hac vestra doctrina potestis vos omnibus flagitijs inquirare: & nihilominus eodem tempore, propter hanc inamissibilem fidem vestram, quæ semper ex doctrina Caluini est cum charitate coniuncta, certi esse de vestra salute: iusti ante Deum: grati & accepti dilecto eius filio. Nam haec vestra fides, quæ sola vos iustificat, sola de salute vestra certos vos facit: sola Deo gratos reddit: nullis sceleribus vestris potest unquam amitti: Sed ut docet Calvinus, perpetuo manet, & proinde perpetuo, ut ait Lutherus, iustificat, Tom. 4. Lat. Iena anno 1558. fol. 89. Et sic vos estis simul & semper Deo grati & accepti, propter vestram fidem iustificantem: & ingratiti & inimici, propter horrenda scelera vestra: Nec mirum, nam Lutherus vester in Psal. 22. vers. Deus meus quare me dereliquisti. Tom. 2. lat. Sic ait. Quid ergo dicemus? Simul Christum summè iustū Iena, anno

De libertate
Christianæ.

& summè peccatorem: simul summè mendacem, & summè veracem: simul summè gloriantem, & summè desperantem: simul summè beatum, & summè damnatum? Nisi enim hæc dixerimus, non video quomodo à Deo sit derelictus. Itaque si vos Euāgelicos mori cōtingat in peccatis, ibitis ad cœlū, propter fidē vestrā iustificantē: et simul ad infernū, propter scelera vestra: nisi forte dicere velitis: peccata illa vobis remitti in iūnere ad cœlum, post hāc vitā: et sic nō aduertitus periculū, quod vos manet admittēdi doctrinam p̄cipiarum, de purgatorio, & remissione peccatorum quorundam post hanc vitam. Sane hīc miror Volane stultitiam tuam, Nam anno præterito, vidi orationem tuam, quam ædideras ad reuocandum eos ad vestram hæresim, qui ab ea ad fidem Romanæ Ecclesiæ defecerant. Illi autem vel nunquam fidem vestram habuerunt: & sic ineptè eos defectionis cuiusdam arguis & reuocas ad fidem, quam nunquam habuerunt: vel si eam habuerunt, adhuc etiam habent: cum ex sententia tui Caluini, fides in quocunque sit, inamissibili sit. Si ergo Volane bono animo: nec te tam vano labore deinceps frustra consumas: quia fides illorum tantum latet sub cineribus, vel sub scanno aliquo: (sicut hactenus, vestrum Euāgeliū rna cum Ecclesia vestra latuit:) Et suo tempore etiam te tacente (sicut iam magno orbis mole emersit vestra Ecclesia, cum suo nouo Euāgeliō) refuscitabitur. Atq; hactenus de vestra iustitia: & (quam inde vobis certissimo pallicemini) salute dictum sit: nunc ad alia tua conuicia & imposturas longe fædissimas reuertamur.

Et collegeram ego ex tua Apologia circiter sedecim appellations, seu potius conuicia, quibus Iesuitas laceras, & quantum in te est obruere conaris. Ex quibus tu tamen omnibus, duo tantum eis competere in hoc scripto probare, sed infeliciter sane tentasti. Sunt, i: quib; Iesuitæ progenies viperarum, qui matris Ecclesiæ nomen semper prætendunt, quam tamen de medio sublatam cupiunt. Quem tu mihi Volane unquam Iesuitam ostendes, qui Ecclesiam de medio sublatam cupiuit? aut cur non potius, si quempiam nosti, ad cōvincen-

vincendam eorum malitiam in medium profers? At vos Calvinistæ
ganimina viperarum, non solum sublatam cupitis, sed quantum in vobis
est & fuit, eam, in Anglia, Belgio, & Gallia sanguinariè, tot millia
Sacerdotum, qui contra vos arma nunquam leuarunt, barbarè trucidando
detere contendistis. Vos vos, inquam, ipsi, reuera progenies viperarum
estis, qui olim & in utero Romanæ Ecclesiæ fuistis. & ex eo
(more viperarum,) in seculas prope innumeræ dilacerato, egressi estis.
An nos vel Iesuitæ in vestra unquam fuimus Ecclesia? an ex eius vte-
ro egressi sumus? At quomodo potuimus in utero eius esse, cum
ante Lutherum Ecclesiam vestram orbis non nouerit? Erat enim fig-
mentum mathematicorum nusquam consistens: nullibi visum: erat
Ecclesia latitans, fugitiua, occulta nec sibi nec alijs nota.

Canonicos alloquens pag. 41. Sane, inquit, vos pestes & carci-
nomata, estis, qui turpi otio desidetis, bona Ecclesiæ diripi-
tis, & quæ laborantibus in vinea Domini proposita fuerant
præmia, vos homines inertes & pigri ventres absunitis. Quot
verba, tot coniuria putidissimus mendacijs condita. Age ergo Caupo
Lwoukien. explica nobis istud turpe otium. Turpe otium tibi est,
preces fratras Deo pro communi totius Christianitatis salute, quotidie
persoluere: augustissimum illud & tremendum corporis & sanguinis
Domini sacrificium, pro viuis & defunctis offerre: negotia Rei-
ub non minus quam iij qui ex Clero non sunt, cum opus est in Comi-
tijs & alibi tractare: Episcopo non solum consilijs, sed etiam opibus
& operibus in administracione status Ecclesiastici assistere: Eccle-
sias per uniuersum hunc amplissimum Lithuaniae Ducatum visitare:
verbum Dei populo prædicare? Atqui haec omnia à Canonicis sunt,
turpi ne igitur otio desident? Tux vero occupationes quæ sunt, ô pe-
stis Lithuaniae nostræ: risi mentiri, inebriari, hereses spargere, pio-
rum sanguinem fitire, & alia que superius mendacio 49. commemo-
raui, exercere. Sentit iam mundus incredibili sane suo malo; sed &
dies ille iudicij plenius declarabit; non Canonicos, qui cultui diuino va-
cante, nullius bona diripiunt, nulli bellum inferunt, nullius sanguinem

fundunt, rullas Ecclesiæ spoliunt, aut deuestant, sed vos potius Cal-unistas, Lutheranos, Anabaptistas, & Arrisnos esse Reipub. Christianæ pestes teterrimas, & sedis in a carcinomata: qui ventri & Diabolo seruitis: qui bona Ecclesiæ diripiatis, qui bellum Regibus ac Principibus contra omne ius & fas nefarie in nonnullis Reginibus intrulisti: qui multorum millium innocentissimorum hominum sanguinem crudeliter fudistis: qui innumerabiles Ecclesiæ diuino cultui erectas & dicatas, profanasti, spoliasti, subuertisti: qui Genitrix de internecione omnium, qui in Gallijs vestro Euangelio aduersantur, conspirostis. Non de omnibus vestris loquor Volane, sed horum omnium quæ dixi, testes appello Gallias, & prouincias inferioris Germanie, quæ adhuc madent sanguine innocentissimorum hominum, barbarie plusquam Turcica à vobis peremptorum. Vbi vestris fratribus Euangelicis ludus, iocusque fuit, virilia Sacerdotum & Monachorum abscissa, plumarum loco pileis suis affixa publicè deferre. Imo unus de vestro grege ex solis sacerdotum auribus catenam sibi fecerat, quam collo pendente portabat. Isti, isti Volane, pestes & carcinomata sunt; isti bonorum Ecclesiasticorum, quæ pīs erogata fuerant, directores: & non Canonici Vilnen. qui nihil unquam tale fecerunt. Certe ego mallem milles delitescere, imo & sordescere in huius modi otio Canonicorum, quam in vestris sanguinarijs exercitijs occupari, aut manus meas in sanguine Christianorum lauare, sicut vos facitis, & faciendum verbo & exemplo docetis.

In hac vrbe, inquis, Vilnensi, ante complures annos, inuenta est Epistola, qua Prior deplorat, Monachorum suorum & accusat apud Generalem scelera. Miror Volane te post annos complures hoc nunc obijcere, quod tu ante annos circiter 20. nosti esse falsum. Non enim illa Epistola scripta fuit ad Generalem, sed ad Prouincialem: nec à quoquam inuenta est, sed à perfidis Euangelicis vestris, contra ius gentium: (adeo apud istos nebulones nullum ius, nec diuinum nec humanum, valuit) aperta est cum alicui ex vestris Cracouiam perferenda data esset. Nec opinor ignoras Catholicos, ubi

Foulerus in
orati. Quod
lib.

cos, ubi ex nostrorum sermonibus rumor de his vitijs in populo percre-
 buit, monasterij Priorem virum doctissimum ac integerrimum (qui
 etiam nunc superstes est Reuerendissi. Dominus Suffraganeus Vil-
 nensis) in hoc negotio adiisse: Is. vero cum haec audiret publicè om-
 nibus testatus est, nec talia se scriptisse: nec Dei gratia eiusmodi sce-
 lera in suo monasterio patrari. Quin etiam tu ipse Volane idem ex
 literis eius, in hoc negotio ad te scriptis, intellectus; & nunc etiam
 pro sua singulari eruditione ac pietate melius te intelligere efficeret,
 nisi etas curis ac senio confecta cum à scriptione impediret: per me ta-
 men tibi respondet: te ut soles mentiri, dum talia de sui temporis Mo-
 nachis eum scriptisse affirmas. Sed fuerit ita Volane, quid inde?
 Nam si verum est tuum Euangelium, nihil hic Monachi peccarunt, ne-
 que aliter agere potuerunt. Etenim Lutherus tuus expressis verbis
 docet nullum esse peccatum, præterquam non credere in Christum: at
 opinor non dices, cum qui peccata carnalia perpetrauit, continuo in
 Christum non credere: alioqui satis multos mihi crede ex tuis fratri-
 bus Euangelicis inueniemus infideles, & in Christum non credentes.
 Nonne etiam Protomagistri tui Lutherus, Caluinus & Philippus a-
 perte docuerunt, omnia de necessitate absolute euenire, nec in manu cu-
 iusquam esse aliter agere, quam agat. Iuxta quam doctrinam pos-
 sent se Monachi excusare, dicentes; non fuisse in manu sua aliter age-
 . . . ut jn. iii. . . in faciem dicerent, & ex Caluinii tui doctrina pro-
 barent non se, sed Deum fuisse horum omnium scelerum authorem, ne-
 scio quo te verteres, nisi forte Magistri tui dogmata palam abne-
 gares. Memiris de hebas flagitiosum illum tuum A postamat Lu-
 therum, non solum adulterium licitum, ac perpetrandum docuisse:
 sed etiam uxori, vt cum proprio viri sui fratre, adulterium committe-
 ret susisse: quorum neutrum monachi in concionibus ac scriptis docu-
 erunt unquam. Deinde quorsum nobis ista, si facta sunt, obijcis.
 An adeo insanis, vt nos nostrorum hominum scelera velle defendere,
 aut approbare existimes? An inter vos viros egregie scilicet Euan-
 gelicos, & reformatos desunt scortatores, concubinarij, adulteri, alijs.

In Postilla
 Germ. Iena
 anno domis
 ni 1561.
 p. 258.

Lut. assertio-
 ne 3. & lib.
 de Seruo, ar-
 bitr. Et Calu-
 lib. de ater-
 na Dei præ-
 destinatio.
 Philip. in cas-
 pi 8. ad Rō.
 vitemb. an-
 no 1524.

Calui. lib. 1.
 Inst. cap. 17.
 parag. 6.7.8.
 Lib. 2. cap. 4.
 parag. 2.3.7.
 Lib. 3. ca. 23.
 par. 1. 4.6.8.

que flagitiis notatissimi? quos si tu ignoras, malitiosus es; si non vides, cœcū es. Non enim difficile esset Catholicis digito illos ostendere, eorumque nomina prodere, & quidem in omnibus regionibus, ad quas nouum istud vestrum perusit Euangeliū. Et sane hac in parte multo estis vos Euangelici peiores Catholicis. Nam si Catholicī aliquando talia scelera committunt, nullo tamen modo ea perpetranda esse, aut verbo pro concione, aut scripto impresso docent. At Lutherus vester, et concione, & scripto adulterium, & licitum esse, & perpetrandum docuit ac suasit. Denique Volane caueas suadeo, ne deinceps talia Monachis obijcas, ne forte vicissim à Monachis aliquando audias (ut nuper cuidam contigit) aliquid de sudoribus tuis: quod non multum cedet in tuum honorem, vel puræ tuæ conscientie (quam iætas) commendationem. Sed age, dic tu, qui ista Monachia tam impudenter obijcis: an ignoras hic Vilnae, mense Maio, huius anni 1588. cum Synodus vestra Zuingliana celebraretur: unum ex Synodi Ministris, in platea quadam ultra Pontem Bernardinorum, à lieteribus Castrensis captum in adulterio, & ad arcem perductum? Sed quid obsecro, supplicij huic adultero ministro illatū est? nunquid saltē quinque grossorum pœna punitus est? minime sane. Vnde hoc? nisi quia adulteria si à Catholicis perpetrantur, sunt in oculis vestris Cameli & trabes: at vero in ministris vestris sunt tantum culices & festucæ. Forte quia à Luthero vestro diadicisti adulteria esse licita, & perpetranda. Certe magno omnibus hominibus potest esse documento, quam non magni criminis loco, adulterium isti reputent: qui huius nefarij ministri facinus, ne quinque quidem grossis redimendum censuerunt. Similia alias à Ministris vestris, dum Synodis interfuerint, hic perpetrata audio: que tamen nulla pœna punita sunt. Sed illa forte & alia Synagogæ vestræ mysteria, que vos quidem omni diligentia, ne ad aures Catholicorum perueniant occuleatis: suo tempore ad summam et perpetuam nominis vestri ignorantiam in lucē prodibunt. Nihil enim opertum, quod non reuelabitur. Quod si tam falaces sunt, isti regenerati ministri noui vestri Euange-

lij, ut breui illo tempore, quo Synodus vestra durare solet, ab uxori-
bus alienis continere se non valeant, cur non secum ad Synodum addu-
cent vasa libidinis suæ? imo cur sorores istæ Euangelicæ cum mini-
stris in Synodo non sedent? cur de rebus Ecclesiasticis sententiam non
scrunt? cur ministros manuum impositione suarum non ordinant?
Si enim mulier magna cum laude, ut dicitur, Synagogam Anglicanam
regit, nescio cur sorores, istæ Euangelicæ, non deberent Synodis ve-
stris interesse, & Synagogam una cum ministris regere? Præsertim
cum doctrina Lutheri vestri sit omnes homines esse Sacerdotes, &
mulierem eque absoluere ac Papam.

Sunt, ait, perfido Iudæ similes Iesuitæ, quia sub specioso voca-
bulo se socios & amicos Iesu simulant, quem tamen populum
à peccatis suis saluare negant. At quanto verius vos, o viri Ca-
tæ angelici Iudæ proditori similes estis; qui dum Euangelici vocari vul-
tu, Euangeliū oppugnat: adeo ut ex quatuor, iam tantum tria (quod
Paulo ante ostendi) reliquerint; ea que non integra: quod cum voles,
planum faciam. Porro, quod in tua Apologia optas, ut possint tam
turpem criminis labem, que illis obijcitur, nempe quod se socios Iesu
vocant refellere: scias te Volane ut soles impudenter mentiri: Non
enim ipsi se socios Iesu, sed Clericos Religiosos Societatis Iesu vocat.
Cuius appellationis rationem, tu homo Rusticane, nisi esses in bobus
adū magis quam librū acquirendis & legendis occupatus, po-
teras apud Massicum lib. 2. de vita Ignatij de Loiola cap. 5. (qui li-
ber ob viri sanctitatem & stili elegantiam aliquoties typis recusus est
in Italia & Germania) iam pridem legisse: Surium, ait, in mul-
tis mendacem scriptorem, probas: quia scelus quoddam à Pau-
lo 3. ante Pontificatum commissum omisit. Atqui Volane
non sibi sumpsit Surius Pauli 3. vitam describendam, quam antea ab
Onuphrio egregie descriptam nouerat, multo minus ejus gesta dum ad-
huc Cardinalis esset: (breuiter solū ac obiter aliquid de illius castita-
te contra mendacia tui Sleidani inseruit.) Sed neque se vitam eius, dñ
misericordia vel Cardinalis esset, scribere voluisse, mentionem illius fa-
cti facere.

Tom. 1.
Germ. Ienæ
fol. 289. &
290. anno
1560.

Eti facere debuisset, quippe quod nullo alio meliori nititur authore, quam Atheo illo Ochino vestro, ex quo illud hauserunt, Balæus & Sleidanus mendacissimi nebulones, quod iam ante, probauit.

De voto castitatis aū. Ea tamen insania eorum est, vt millies perire malint quam stolidæ promissionis rescindere vota. Sed unde Volane colligūs, votum castitatis esse stolidam, vt aū, promissionem? Certe non aliunde, nisi quia est seruatu difficile, & a multis violatur. At si hæc ratio valeret, promissionem factam ab omnibus Christianis, in baptismo, stolidam quoque esse conuinceret. Nam & mandata Dei seruare difficile est, imo, si vobis credimus, impossibile: & plurimi sunt, qui ea quotidie violant. Vnde si votum castitatis propter has causas rescindendum esset, tanquam stolidæ promissio: non video quin & promissio in baptismo facta de obseruacione mandatorum Dei, sit quoque ex vestra sententia, vt stolidæ rescindenda. Nunquid igitur quia semel homo fregit votum, ideo debet in perpetuum frangere ac rescindere? nunquid quia adulter semel violauit fidem coniugalem, ideo debet rescindere suum prius coniugium & perpetuo adulterare? nunquid quia semel quis furatus est, debet semper viuere raptos minime sane. Sed quid est hic remedij? Hoc utiq; apud nos Catholicos: qui adulter est emēdet se et sua uxori sit contentus, ab aliena deinceps abstineat: qui furatus est ille amplius non furetur, sed seruet Dei mandata, & potius laboret manibus, vt habeat vnde vivat. Sic qui votum castitatis violauit, iejunis, eleemosynis, corporal; iagationibus, & pījs ac continua precibus imploret à Deo auxilium ad impletendum id quod promisit. Et procul dubio Deus qui petere iussit, dabit spiritum bonum petentibus se. Est enim fidelis Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus. Certe Paulus de seipso ait: Castigo corpus meum & in servitutem redigo: castigent isti corpus suum flagellis, iejunis, cilicio alijsque similibus remedij. & non erit adeo difficile caste viuere, vt vobis qui secundum carnem in desiderijs ambulatis, videtur. Lex cælibatus sancta est: hæc enim non præcipit impudicè, sed castè ac pure viue.

pure vivere. Ad hanc legem neminem cogit Ecclesia: sed solum eos, qui sponte se huic legi subdunt, cogit stare promissis: nec cogit ad impossibilia; sed ad ea quae facilia sunt, si remedia accommodata adhibeantur. Certe si propter violationem legum frequentem, leges ipsae essent continuo abrogande: quae obsecro lex esset in villa Repub. firma ac stabilis?

Quæ enim lex est, quam plurimi sapient non violent? & nunquid qui violent non æquè promiserunt eas leges seruare, quam Monachi & Sacerdotes castitatem custodire? Certè Deus Opt. Max. etiam si ab æterno in sua infinita sapientia præuiderit, innumeros futuros legum suarum violatores, ut fures, adulteros, et fornicarios quibus mundus est plenus, nunquam tamen propter harum legum transgressio- nem, voluit leges suas antiquare, aut transgressores à legum obligatione ex vinculo liberare. Et sane, si nemo debet vouere castitatem, quia experientia docuit multos eam non seruasse: certe nec ullus deberet vir vxori in matrimonio fidem promittere: quia experientia docuit multos fidem datam uxoribus non seruasse. Et si antequam homo voueat, requiritis, ut sit certus se posse seruare quod vouchet, et se habere donum castitatis: pari quoque ratione, antequam quis cum aliqua matrimonium contrahat, opus erit, ut certò sciat se habere donum vivendi astè cum una muliere, & continendi se ab alienis uxoribus: aut si hic non requiritis ante matrimonium donum certum continentie, cur in Sacerdotibus antequam voueant requiritis? cur hoc donum utriusque æquè sit necessarium & utrobique fere æquum. Et si vos in baptismo obligatus, ab observationem mandatorum Dei, per hoc quod Diabolo & pompis eius renunciastis, que tamen dicitis esse seruatu impossibilia; cur non licuit sacerdotibus obligare se ad votum castitatis, quod sciunt esse Dei gratia seruatu possibile?

Concilium Toletanum 8. inepte à te ad hoc propositum citatur. Nam expresse loquitur de iuramentis exactis, vi potius necessitatis extortæ, (vi Conc. verbis viar) quam deliberatione iudicij.

At votum Castitatis de quo nos hic agimus, non est huiusmodi. Quis enim

enim cogit hominem ad sacerdotium: quis cogit eos ad castitatem v-

uendam, si eam vouere noluerunt?

Vana est, aīs, eorum opera, qui in abiēciendis facultatibus
vitam æternam venantur, & stulte, aīs, facere eos, qui cum per
rectum diuitiarum vsum amicos sibi pauperes facere possint;
malunt tamen tanto se priuare commodo. Quid dicit Volane?
nunquid argues Apostolos vanitatis, quod in abiēciendo diuitijs
imo omnibus suis fortunis vitam æternam venati sunt? Ecce, inqui-
unt, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ad quid ob-
secro omnia reliquerunt, nisi ut Christum sequerentur? Et ad quid
Christum sequuti sunt, nisi ut vitam æternam venarentur? Quid
vero illis Christus? Vos qui reliquistis omnia, & sequutis es-
tis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Christus por-
rò ipse, nonne hanc venationem docet & suadet? Si vix perfectus es-
se, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis
thesaurum in cœlo. Si tu Volane lateri Christi tum præsens ad-
fuiisses, sine dubio Christo dixisses: Nequaquam Domine: consili-
um hoc tuum, bonum non est: Stulte enim faciet iuuenis iste: si, cum
per rectum vsum diuitiarum, amicos sibi pauperes, qui recipiant eum
in æterna tabernacula, parare posset: tanto se priuet commodo. Atq[ue]
ita Volanus iuueni huic magie salutare consilium, quam ipse filius Dei
sapientia Patris dedisset. At nunquid Volane, qui sua omnia di-
stribuunt Pauperibus (quod facere solent, qui arctiorem vitam, seu
vt vocant, religiosam complexi, se in Monasteria abdunt) non fa-
ciunt sibi amicos, qui eos in æterna tabernacula recipiant; & que ac illi
qui ex diuitijs suis, maximam sibi partem retinentes, pauperibus exi-
guum quid tribuunt? Tu si cum Apostolis fuiisses, quando dixe-
runt Christo: Domine, ecce nos reliquimus omnia: quomodo te tantæ
horum vanitati opposuisses? Et certe, pro sapientia cari tui & pru-
riginosi capitii dixisses: Apostoli Christi non bene fecisti, reli-
quentes omnia: an nescitis potuisse vos per rectum diuitiarum vsum,
facere vobis amicos pauperes, qui vos reciperent in vitam æternam?

Sed ô viri Euāgelici, quorū sum vobis aſſernare diuitias confert : eo ne
vt faciatis vobis amicos, qui vos in æterna recipiant tabernacula : At
qui non aduertitis, quod subito atque id dixeritis blasphemie efficiem-
ni : Quid : adeone os in Christum attollitus, vt non sitis eo uno medi-
at re contenti, (cuius tamen contrarium hactenus plenis buccis aſſeru-
iſtis) ſed plures queratis, qui vos in æterna recipiant tabernacula :
Adeone diffidit̄ certitudini plusquam certissimæ veſtræ fidei, vt
illa non poſſit vos certos de vita æterna facere, niſi etiam faciatis vo-
bis amicos pauperes, qui vos recipiant in æterna tabernacula : Quor-
sum obſecro plures amici : nonne vobis ſufficit unuſ amicus Christus :
Quorū ſum iam plures procuratis amicos : an non fides veſtra facit vos
certissimos, & firmissimos de æternis tabernaculis : Itane eſt debi-
litas aut dubia illa fides veſtra certissima, vt non poſſit vos introducere
in æterna tabernacula, niſi pauperum auxilium requiratis :

Quam (ais) tu paupertatem, & vitæ humilitatem commen-
dare potes, qui homo ignotus & pauper, & forſan mendicus:
ſubito factus es diues, Si ego Volane ſum homo ignotus & pau-
per, non erat tuum hoc mihi obijcere, cum tu ipſe dum nobilitatem tu-
am Lwowkouien, ex parentibus ceruifi & coctoribus acceptam descri-
biſ, neminem, afferas, modo eſſe adeo clarum, qui aliquando
obſcurus & ignotus non fuerit, & contra, nullum modo eſſe
adeo obſcurum, qui aliquando non fuerit in maioribus suis
clarus. Hoc ſi verum eſt Volane, aequè probabit maiores meos no-
biles fuiffe, atque tu tuos tales fuiffe probas. Tu enim licet cerui-
ſe coctoris filius fueris: inde tamen probas tuos maiores opibus &
dignitate aliquando floruisse: & cur non ego etiam eodem tuo argu-
mento, vt aīs, pauper & ignotus homo, & forſan mendicus, maiores
meos aliquando nobiles fuiffe; et in Repub. aliqua dignitate clariſſe
queam probare : Sed mittamus hominū stuporem.

Fuit tempus Volane, quando tu quoq; ignotus eras, nempe dum Lwow-
kowi cauponem forte iuuenis in domo parentum tuorum egisti: et mul-
to ſane melius feciſſes, ſi in tuo illo officio, perpetuo mundo incognitus

latuisses : quam per tot hæreses, blasphemias, conuictia, mendacia, maledicta in tuis impuris & impijs scriptis diuulgata, nomen tuum per ora hominum sparisses. Quod ad mendicitatem, quam mihi obicis, attinet : noueris Volane, mendicum me nunquam hæc tenus fuisse : sed absque vla mendicitate beneficio ac liberalitate parentum meorum, honestissime semper iam inde à pueritia, in bonis litterarum studijs educatum esse. Quod vero Illustrissimus Cardinalis Episcopus Vilnen, Patronus & Mecoenas colendissimus, me in Collegium Canonicorum cooptauit (que res tibi homini inopinato, ansam præbuit ut dices, me subito ex mendico forte factum esse diuitem) id ille fecit, non ob vla mea merita, neque ut meæ indigentie subueniret : sed (quod ipsius Celsitud. est in Christi Ecclesiam laudatissimum studium) tum ut honestissimis disciplinis, quas honor alere consuevit, debitum haberet honorem, ad earumque amorem iuuentutis animos inflamaret : tum ut patriam quoque nostram, ea dignitate cohonestaret. Ceterum, si tu iuuentutis tuae conditionem, in memoriam tibi reuocaris: inuenies forte, te olim, tanquam unum extremæ indigentiae hominem ostiatim mendicasse panem, quo vitam sustentares : dum interim parentes ægrè seipso ex ceruisciæ coctione potuissent sustentare. Vnde te, relicto in extremis Poloniae finibus natali solo, in quo paulo liberalius, si patrimonium tuum spes, viuere nequaquam potuisti : in Lithuania fortunam, prædia, diuitias, uxores deniq; querere oportebat. Quod cum ita sit, iudicandum cuius relinquo, utri potius Lurgeuicio ne, an Volano competit ex mendico subito factum diuitem. Quoniam autem ego tua sententia mendicus sum, unum à te libenter emendicare, si spes aliqua foret id à te obtinendi. Quid vero istud est? Dicam: ne alijs leges quas ipse non seruas præfigas. Tu enim in tua Apologia illa statuta cudas: Oportet Theologos veridicos esse disputationes, non maledicos conuictiatores. Quam legem, quam tu sancte seruaueris, in priore responsione mea ostendi. Certe si in toto uniuerso, quis insignis conuictiatur est; Volanus est. Altera lex tua est: Careat vitio oportet, qui in alterum dicere para.

re paratus est. At cur tu homo conuitijs, blasphemijis, mendacijs & alijs id genus vitijs notatis simus, tam es paratus in alios dicere conficta & mendacia crimina? & cum olim homo ignotus et pauper fuisse; mihi tamen paupertatem & obscuritatem obijcere non dubitas? Tertia tua regula est: Non est candidi hominis fraudem struere in verbis, & quo sensu quæque dicantur nō attendere. At cur tu non attendis, quid velint dicere Catholici illi, qui Franciscum vocant IESVM typicum: & qui forte aliquando dixerunt B. Virginis; iure matris impera, & alia plurima eius generis? Cur tu fraudem struis in verbis? cur ad Catholicorum non attendis mentem & sensum, quem supra clare in tuorum mendaciorum refutatione ostendi? Sed quid peto, ut serues leges tuas, qui leges ipsius Dei seruare non vis, quippe qui seruatim impossibiles esse et arbitrariis & doces. Ita pro libertate tui Euangelij tibi licet quod libet; alijs licet leges præscribere, quas tu ipse ne digito quidem velis tangere.

Grauiter & indignè fers, quod ego obscurus (ut aīs) homuncio tantam dignitatem S. Elizabethæ Reginæ Angliae alatrem. Sed si tu Volane, homo obscurus, & Coctoris ceruisci & filius, haeresibus et mendacijs infamis, audes tantam dignitatem summi Pontificis Christi Domini in terris Vicarij, & Catholicorum Regum ac Principum Christianorum allatrare: & summum Pontificem, non solum Antichristum vocare, sed innumeris conuitijs onerare, & omnes Christianos principes, qui Summo Pontifici parent, seruos Antichristi, ac idololatras facere, & in vniuersum omnes Catholicos stupidas pecudes, in chartis tuis contra Vegam, appellare: Nescio cur mihi non licuit eam verbo tangere, quam Pius V. Pontifex Maximus, Christi in terris Vicarius; Flagitorum seruam, in Bulla depositionis illius, vocare non dubitauit. Si tui Calvinistæ Genevæ potuerunt conspirare in necem Francisci Galliarum Regis, & totius Catholicæ nobilitatis Gallicæ: cur mihi verbo hanc Papissam vestram Anglicanam non licet laceffere. Dicis pro illius defensione, eam cum summa admiratione mundi, regnum feliciter administrare. Cre-

do Volane. Nam habere prolem salua virginitate, sane est admiratione dignum: & vestrum Euangelium valde facit admirabile: nisi mentiantur eius Consiliarij, qui in Publico regni statuto hoc quoq; non tacuerunt, ut toti vniuerso virginitas eius melius innotesceret: quod in lib. ad Persecutores Anglos cap. 8. pag. 235. si voles, legere poteris. Decernitur (inquit author illius libri) ne quis verbo, aut scripto affirmet, alium quemcunque esse legitimū hæredem & successorem regni, præter naturalē ipsius Reginæ sobolem. Cum magna sane admiratione regnum administrat. Nam tale monstrum, vel si vis miraculum, non est ab orbe condito visum, nempe mulierem esse Papissam, & caput Ecclesiæ Anglicanæ. Sane anno 1557. cum Calvinistæ Angli Geneuae excularent, scripserunt & impresserunt Geneuae librum, de Regimine mulierum: probantes, omni genere argumentorum, ut ipsis videbatur, esse contra omne ius: naturale, diuinum, et humanum, mulierem regnare. Causa autem erat: quia duæ Mariæ tunc regnabant, una in Anglia, altera in Scotia, quæ huius noui Euangelij præcones meritis afficiebant supplicijs. Sed ecce tibi anno sequenti 1558. moritur Regina Angliae Maria, & subito Elizabetha mulier, quæ anno precedenti nullo iure poterat regnare, iam hoc anno 1558. non solum potuit, sed etiam debuit & voluit regnare: idque non in causis temporalibus tantum, ut aliæ duæ Mariæ: sed etiam in causis omnibus Ecclesiasticis: ita ut sit plane caput, seu Papissa Ecclesiæ Anglicane. Quod, ut patet in lib. de persecutione Anglicana, est ita legibus Anglicanis firmatum, ut nihil possit esse firmius statutum: & tam inauditis tormentis ac supplicijs corroboratum, & executioni mandatum, ut nec Turcarum Tyrannus suis hostiis grauiora inferat, aut minetur: O quam varium, mutabile & inconstans est hoc tuum Euangelium, quod quæ uno anno affirmat, altero sequenti negat: quod uno anno vere est Verbum Dei, sequenti anno est verbum Diaboli: quod uno anno scripturis conuenit, altero anno scripturis aduersatur. Et sane si modo Calvinus viueret, ipse quoque miraretur, id quod nunc tu dicas dignum admiratione. Nam

Parlamenti
Elizab. a. 13.
cap. 1.

grauiter

grauiter ille & acerbe in Henricum Angliae Regem innectus est: quod munus Capitis Ecclesiae, & nomen, sibi usurparit: qui tamen cum vir esset, meliori iure illud usurpare potuit, quam mulier; quam Paulus in Ecclesia loquii prohibet. Sic enim Calvinus in cap. I. Osee: Talis, inquit, fuit reformatio sub Iehu, qualis sub Henrico Rege Angliae. Si reputemus quale fuerit factum Henrici, certe erat heroica virtus, eripere à tyrannide durissima illuc regnum, sed interea quantum ad ipsum spectat, certe fuit deterior omnibus alijs mancipijs Rom. Ecclesiæ: fuit homo belluinus: talis fuit Iehu. Et in 7. cap. Amos: Qui initio tantoper extulerunt Henricum Regem Angliae, fuerunt inconsiderati homines: dederunt illi summam potestatem rerum omnium, & hoc me semper grauiter vulnerauit. Erant enim homines blasphemici, cum vocarent ipsum summum caput Ecclesiæ, sub Christo. Hec ille: Sed & Gilbius feruens Caluinista in admonitione sua ad Angliam & Scotiam, Pag. 70 ita scribit: Monstrosus ille aper Henricus octauus (sic enim modestus homo de Rege suo loquitur) necessario Ecclesiæ caput appellari voluit, sub pena perduellionis, atque sic ē loco suo Christum perturbauit, cui soli illud competit. In hoc ergo articulo (ō Angli) nihil eratis meliores Rom, Antichristo, qui eo nomine seipsum Deum facit, quemadmodum etiam fecit vester Rex Henricus, quem eo modo & vos Deum fecistis, nihil credentes, nisi quod ille approbabat. Si isti Volane interfuerint vestrae Synodo nuper Vilnae habitæ, quibus verbis contra vos tonassent? Præsertim cum vester Beza in Confess. fidei Christianæ cap. 5. Sect. 15. ita scribat. Itaque dispiciendum sentio, non quatenus piorum principum à Synodis præsentia excludatur, sed quatenus suis limitibus circumscribatur: cum Synodo interfuerint, non ut regnent, sed ut seruant: non ut leges condant, sed ut ex verbo Dei, per os ministrorum ipsius explicatas, & sibi & alijs obseruandas proponant. Ecce Volane ex Beza tui

Zæ tui doctrina Magnifici Domini Palatini & alij Magnates, qui
 Synodo vestræ nuper Vilnæ præsidebant, rebabant illis sordidis,
 briosis, & adulteris ministris seruire & non præesse.
 Mirantur quoq; hoc Reginæ tuæ regimèn, etia, ipsi Puritani in An-
 glia, & ita mirantur vi...n p...gina illud ferre, Vnde sedecim mi-
 nistri inde G...eum h...fe receperunt, tanquam ad Ecclesiam magis-
 t...m: vbi non iam mulier, sed tuus sanctus Beza regnat,
 ut refert Stapletonius lib. 4. de Ecclesia cap 14. Cum tamen ex al-
 tera part claret Whigiftus ille tuus, in opere suo contra Puritanis.
 Ecclesiam Anglicanam esse reformatissimam in tota Europa; nec esse
 opus pro reformatione aliqua Geneuam currere; sed posse ac debet
 Geneuam potius discere reformationem ab Anglia. Hinc est quod isti
 boni Puritani scribāt contra Caluinopapistas & ita acerbè se mutuc
 conuicti lacerēt ac scindant, ut contra veros Papistas nō possint
 acerbius scribere. Inuenerunt isti feruentes Puritani, in regimine, pra-
 xi, ac doctrina Ecclesiæ illius Anglicanæ reformatæ, circiter centum
 quinquaginta articulos: quorum reformationem petunt & viua voce,
 & editis librī: quam nisi obtineant, grauissima quæque ac periculo-
 rum plena minari non veretur: Pro huismodi seditionis scriptis,
 duo ex illis sunt su...jeni à Regina & Papissa nonita pridem. Et
 ijdem Puritani adeo abhorrent ab hoc monstroso ac muliero...v...gimine
 & p...issæ Anglicanæ, ut iuramentum quod de primatu Reginæ in cau-
 sis fidei ab omnibus exigitur, omnino recusent; & Geneuam profu-
 gere maluerunt, quam illud prestare, vel in illa vestra tam reformatæ
 Ecclesia diutius viuere. Istud tamè ipsum iuramentum omni crudeli-
 date, plusquam Turcica proponitur Catholicis: & si recusant, semi-
 uiu in quatuor partes crudelissime dissecantur. Atque hec est illa
 præclara Iustitia Britanica, quam mendacissimus quidam Anonymus
 edito libello suo, hoc titulo nuper in lucem edidit. Porro si tam præ-
 clarum vobis Caluinistis viderur Régimen Synagogæ Anglicanæ; cur
 non etiam Synagogæ vestræ Vilnen, seu potius totius Lithuaniae, regi-
 men componitis, ac mutatis ad formam Regini illius? Sit igitur
 quando

quandoquidem vobis ita placet regimen Anglicanum) uxori vestri
 Buccinatoris, Stanislai Sudrouij, primi in Synagoga vestra impietatis
 ministri, (nisi tuā Volane malis substituere) Caput vestre Synago-
 ge Lithuaniae. Statuuntur supplicium capitale, diuidendi totius
 corporis viui in quatuor partes, omnibus illis subeundum, qui nolunt
 iuramentum præstare, palamque profiteri eam esse caput Synagogæ
 vestre: habeat illa sub se Archiepiscopos; Episcopos, Archidiaconi-
 nos, Decanos, Canonicos, Collegia, Capitula, Ministros, Diaconos.
 Ordinentur ministri per solius Episcopi manus impositionem: Epi-
 scopi vero à tribus Episcopis. Liturgia vestra quotidie recitetur,
 eaq[ue] tota constet ex missa Papistica, detraciti Confessione & Canone
 maiori & minori. Cantentur quotidie in omnibus Ecclesiis Cathe-
 dralibus et Collegiatis Matutinæ preces, et à prædio vespertinæ: nec
 obliuiscatur ministri decantare publicè in templo, tanquam appendicem
 diurni officij, ac vespertinarum precum, laudes uxoris Stanislai Sud-
 rouij: ut in templo D. Pauli Londini in Anglia, cantantur laudes
 Heliæ Aberthæ Anglicæ Papissæ: Ministri utantur pileis quadra-
 tis, seu ut vos appellatis cornutis: coenam administrant indui super-
 pellucijs, & Casulis seu Pluvialibus, ut vocant: panis coenæ, sit azi-
 mus: coenam sumant omnes geniculantes, non autem stantes, iacentes
 aut sedentes: in baptismis facite signum Crucis supra frontem pueri,
 & postea adducatur confirmandus ad Episcopum: accedens ad cœ-
 nam prius si voluerit, peccata sua confiteatur ministro: & in infir-
 mitate, si conscientiam sentit infirmus aggrauatam, omnino teneatur
 peccata sua in speciali confiteri pseudosacerdoti & ille eum à pec-
 catis absoluat forma illa, qua Papistæ penitentes suos absoluunt, &
 postea detur infirmo domi sua communio seu cæna. Denique duo se-
 ßts uxoris Stanislai Sudrouij quotannis solennissime celebrentur; v.
 num Natiuitatis illius, alterum assumptionis eius, ad hanc Papissalem
 Cathedram, & Mulierorum Regimen Synagogæ Lithuaniae. Hæc
 enim omnia & singula quæ commemorari obseruantur, & sunt in
 Synagoga illa reformatissima Anglie; quod tu legere poteris, in Li-
 turgia

turgia Anglorum, quæ Latine impressa habetur, & apud Sanderum lib. 3. de Schismate Anglicano, & Stapletonum in prima Oratione Quodlibetica. Hæc Volane si laudas, & placent, imitare: si non, vide ne laudes quæ ne ipse quidem approbas: ne te os tuum condemnet.

Tu igitur Volane si gloriosum tibi dulis (ut duxisse haec tenus visderis) Popisse Anglicane laudes effutire: & omnibus probris ac conuictis Catholicorum Regum, Principum, Ducum amplissimam splendidissimamque dignitatem, & integrum bonorum famam vexare ac obscurare, nimis impetus ac solidus es, & verum gloriae iter ignorans ut nihil aliud tam prauo studio proficias; nisi ut te hominem improbum, conuiciatorem, maledicum, impurum de tractorem omnes detestentur: & quia nulla virtute tua inclarescere potes, sola lingua perculantia, mentiendi libidine, & scurrili dicacitate laudem & nomen quæsiuisse profiteantur. Consultius faceres, si Balduinum & Duanum Excellentissimos Iurisconsultos, & alios non paucos nobiles tam in Polonia quam in Lituania imitareris, & eorum exemplis Calvinismum vel in hac extrema senectute tua eiurares. Scio à me frustra rogari & moneri, quem Deus (ob tot blasphemias in Iesum Christum filium eius, ac omnes coelites, ob tot conuictia ac mendacia que in Christi vicarium et optimos quosque Catholicos euomuisti) despexisse videtur: Absit tamen ut cessem pro te DEum supplex orare, ut viam veritatis agnoscas: ut oculos tue mentis operiar, quibus ternas in quantis erroribus ac Hæresibus prostratus misere volueris. Quod si deinceps ad nostra respondere volueris vel poteris, rogo te per Christum seruatorem nostrum, ut abstineas à mendacijs, conuictis, calumnijs, blasphemijis: ut, quæ dicis probes aliquo argumēto, ratione aut teste: ut quæ contra te allata sunt refellas omnia, nec maximam eorum partem sicut haec tenus in tuis scriptis fecisti omittas. Deinde ut auctores tuos cites, eorumque verba, libros, capita, fideliter notes, ut lectors intelligent te non fraudenter, & sycophantice, sed sincere ac candide agere, prout decet nouæ Ecclesiæ reformatæ. & quinti Evangelij

uangelij Archibuccinatorem. Neque mihi adferas, ut passim soles
in scriptis tuis Breuiaria, Missalia, Legendas, Hortulos, Marialia,
Glossas, Canonistas, Postillarios, Sermonistas, (ut vestrorum verbis
vtar,) & alios obscurioris notæ authores. Non enim mihi sumo, om-
nia quæ in multis reperiuntur huiusmodi libris descendenda, cum non
paucæ in ijs animaduersa sint, quæ ipsis etiam Catholicis merito di-
splicant. Quod in causa fuit, ut Pius V. Romanum Breuiarium,
Missale & Offitium B. Virginis reformauerit: & Gregorius XIII.
ius Canonicum cum suis glossis emendauerit: & Lipomanus, ac Suri-
us sanctorum vitas limatius in lucem ediderint. At vero si quid ha-
bes ex scripturis sanctis, Apostolicis traditionibus, Decretis Sum-
morum Pontif. & Conciliorum, ex sanctis Patribus & Ec-
clesiæ doctotoribus, & alijs probatis authoribus, profer in medium &
respondebitur. Nam quod ad me attinet, semper Deo bene iuante
ero paratus conuictia tua repellere; mendacia mundo patefacere: igno-
rantiam tuam omnibus manifestare.

Magni illius Grammaticorum Rabbini Andreæ Volani errores turpisimi in Grammatica.



Vnquam Volane ad hoc puerile certamen tecum
descendisse: ut potè qui iuxta meam professi-
onem, de rebus quam de verbis magis sum fallici-
tus: si te intra modestiæ limites continuisses.
Sed tui impudentia me huc vel iniuitum pertra-
xit: toties enim in hoc tuo spurco & ineruditio-
libello, me ad Classem Grammaticorum relegas:
ut omnino necesse mihi fuerit, tuam (sicut iam in Theologici feci) ita
quoque in Grammaticis, ignorantiam ac stupiditatem, lectoribus ma-

nestam reddere. Ostendam igitur breviter, te, qui in inicio libelli tui,
 valde rerum Grammaticarum cognitionem vendicare visus es: non
 dum eos in literis progressus fecisse, ut ex Solarijnis emersem. Id-
 què tanto iam libentius faciam, quanto minus videam te regulam.
 quam mihi prescribis, nempe: Qui paratus es in alterum dicere,
 re, eum vitio carere oportet, obseruasse. Cum igitur, quatuor
 sint à veteribus traditæ Grammaticæ partes; Orthographia; Etymo-
 logia; Syntaxis, ac Prosodia, in omnibus te planè rudem ac hospitem,
 bellus iste liber tuus ostendit. Sed quia ritia Orthographiae, Typo-
 graphi tui erroribus forte ascribes: ad Etymologiam venio. Sed
 neque hic tecum de vocibus Græcis, aut Hæbraicis litem faciam: suf-
 ficiet si declinationes aut genera nominum te apud Latinos ignorare o-
 stendero. Dic ergo putide Mome, quid tibi venit in mentem italo-
 qui Pag. 33. & 34. An non veri Iesumastigæ censendi sunt?
 Et in Apologia tua: Sed vi ad calumnias Iesumastigarum re-
 deam. Queso te quæ declinationi est mastix? primæ an ter-
 ioræ nam hæc tenus apud omnes tertie esse videa: nunc primum apud
 te primæ esse intelligo. Habes item Pag. 33. Naula musica si-
 uie organa: in quo bù te errore aio. Nec enim fistulis constabant
 Hierony. de
 Instrumētis
 musicis, in
 Epistola 28.
 ad Dardanū.
 Naula, ut organa, sed chordæ: & Naulæ infæminino, dicendum
 fuisset ve habet lingue latine thezaurus: aut Nauli ut Phau-
 rinus, Suidas, & Stephanus in suis lexicis docent. At in Syn-
 taxi forte præclarè te geris, imo te Solæcismorum non infimum
 artificem tua satis indicat oratio: Quid enim est, quod habes
 Pag. 19. Associare in cultu. Et 18. Diffluere in conuitia,
 quid aliud sunt, quam aperti Solæcismi? Doce hoc aut Grammati-
 corum legibus: aut Clasicorum scriptorum autoritate, vlo pacto
 dici posse. Nam Associare semper Dativo casui: Diffluere Abla-
 tivo tantum iunxere. Sed alias phrases tuas inquiramus: habes
 itaque Pag. 4. Caulas Molossorū, Pag. 10. Accessere vitium.
 Pag. 12. Testem ferre. Pag. 18. colorare tenebras. Quas
 loquendi formulas si recte latine loqui didicisses nunquam usurpas-
 ses.

ses. Quod porro habet Pag. 47. Faciem præferre luci, non intelligo quid velis, nisi quod te lumine mensis captum esse video. Nam in tenebris quidem præfari atque faciem in more est ut ad luci faciem præferre, puto autem hoc tempus esse inauditum. Huc referris potest et quod Pag. 10. dicitur. Dominiom illud panem vocasse corpus sanctum. Et Pag. 4. scribis te prædia ex eo fructuoso quæstu reportasse: verbæ tuis sunt, tam elegantia autore dignæ; licet tu ea mihi falso affirmas: que nunquam in meo libello reperies. Reportas prædia tuae Colane quæcunque valueris: nunquam ergo ea afferui, reportasse prædia, sed luxum ex ea fructuoso quæstu. Sunt et aliae voces, ac phrasæ eæ, quæas tu, qui tantum de eius eleganti stilo gloriaris, et alijs barbariem ascribis: nunquam apud Classicos authores (si forte eos nostros) inuenies. Huius modi sunt Modernos Pag. 9. locali Pag. 10. blasphemio ore Pag. 14. Mandationem facere, pag. 14. haurire progressus, Pagina 3. compellere ad Aphoniam. Pag. 5. Et alia plurima que breuitatis causa omitto. Restat vlti, magis Grammatices Proæodia, de quo quid loqui attinet, que adeò tibi nullæ est, ut nec versiculum facere, ut opinor noris. Quo factum est, ut à Poeta illo tuo lameato (qui restè potius quam laurea dignus est) egregie illusus sis. Ecce enim, cum nomen tuum à volando deducere mirus artifex elaboraret octo barbarismos, in tuo nomine commisit sicut sat is mirari de queam scuticiam tuum, qui tot barbarismos tam caro-precios, nempe dubiis Hungaricis emere volueris. Nam primam Syllabam nominis tui, fere semper produxit, quom corripere deluisse. Non in vocabulo Canonicus, idem error: duasque primas in lesuita corripuit, que ante hoc insanum caput, apud hebreos, Græcos, et Latinos, semper productæ fuere. Illi porro quam luculentii eiusdem Solecismi: Tulli bella cum hoste: cum inferre bellum aliqui: non autem ferre bellum cum aliquo: ullus probatus auctor unquam dixerit. Sic ludere cum nomine, quo bis usus est: pro iudicare in nomine: sed similes habent labra lacteas: et qualis hæros, talis pogon: et qualis victoria, talis triumphus. Aperte

150

igitur Bubulce & boues tuos cura: nec me Grammatices Canones doceas, quos tu ipse ignoras, & in quibus tam pueriliter erras: ut serendendum omnibus doctis propizes. Si tamen magno desiderio tenebris, alios hanc artem docendi: discas oportet eam prius ipse perfecte: deinde Comministrū tuū Sudrouinū doceas: qui valde, mihi crede, hac in re opera tua indiget. Quadeo autē tibi Volane, ut cautiūs ac modestius posthac te geras: ne forte exurgat contra te aliquis grauior aduersarius: qui perfectiō alijs tuis scriptis, iustū volumen tuorū mendaciorum, barbarismorum, ac Solæcismorum colligat & conficiat.

Errata.

Pag.

v.

2	9	Spurium,	Spurcum.
2	24	quandam	quadam.
3	2	Claуca	claua.
3	17	Iaudem	laudum,
4	29	tabidosos	rabiosos.
5	2	Cōtundentū	contundendum,
5	31	De illo	ab illo,
6	11	Dixerit	vixerit.
6	8	Puginam	paginam.
6	28	Ege	ego.
7	32	Vltimo	vero.
8	2	Plebem	potestatem.
8	2	Spiritualem	Spiritualia.
8	11	Propitiatorio	propitiatoriū.
9	11	60	6.
9	in marg.	Diueū	Durcum.
13	15	Deum	Deorum.
19	17	falsa	falso.
21	8	responderit	responderint.
24	9	Iouianum	Iouianus.
32	in marg.	Huius	Surius.
42	10	tam	quantam.
50	18	lib. 3.	lib. 2.
60	16	qui	quæ.

Correcta.

Errata

Correcta.

Pag.	%		
65	1	ne	uero,
65	10	Meis.	tuis.
68	21	adeo	a Deo,
75	7	certo	certe.
87	31	Suum	sumere.
101	2	momenta	monumenta
101	10	aut,	autem
104	14	religione	doctrina
105	17	Nobis	Vobis
113	5	compegisti	compegisti
114	29	qu	quo
119	12	anno vt	Art.
119	24	inuenias	inuenies
119	25	Gneciard	Guiciard
121	8	peg.	pag.
128	30	virtutum	veritatum
125	39	certissimas	certissima
127	26	quum, olli de	quam
140	9	inopinato	inopinato
142		in marg. a. 13.	anno 13.

Defenda.

08	10	et
6	14	verbis
		Addenda.
4	10	in margine, cap. 20
5	23	lege plus obfuturi quam profuturi
9	9	simili modo respondendi utitur.
77	38	ineptus inuentus est.
126	2	videtur homini recta.
101	19	communicabant exterius.
107		in marg. Calui, lib. 2, cap. 8, parag. 23.

Reliquos leuioris momenti errores Prudens lector facile corriget.







